Sophologium sapientie ma gistri Jacobi magni.



¶ Venalis invenitur in vico sancti Jacobi apud signum Lilij aurei.

75

Sophologium Sapientie

Venalis



Doctissimi atqz excellentissimi patris sacrarũ litterarum doctoris deuotissimi fratris Jacobi magni: religionis fratruz heremitarum sancti Augustini sopho logium incipit. Cuius principalis intentio est inducere legentis animum ad sapientie amorem Serenissimi atqz cristianissimi principis francorum regis confessori. D. michaeli diuina prouidente gracia episcopo antissiodorensi sui preconũ humilis capellanꝰ frat er Jacobꝰ magni ordinis fratrũ heremitarũ sancti Augustini perpetuũ famulãdi affectũ. Antiquoruz philosophorũ atqz doctoꝝ memoratu digna eligere ꝛ electa in summã ordinatim redigere ꝙ sit vtile quãqz cõducibile nostri tpis studiosis hominibus dignissime pater: tuo reliquo iudicio. Quippe qui tum experientia: tum longo rerum vsu didicisti Ea ꝓpter presentem libellum ex antiquorum poetaꝝ oratoꝝ atqz philosophorum grauibus sententiis ꝑcipue collegi: ꝛ tuo grauissimo iudicio castigandum dedicaui.

Diuiditur autem presens opus in decem libros partiales quorum primus est de amore sapientie continens sexdecim capitula.

Capitulũ primũ qualietr sapientia reddit homines felices



Dicit arist. decimo ethicorum ꝙ homo sapiens maxime felix est. Et seneca ad lucillũ. Beatã inqt vitã sapientia ꝑfecta efficit. Et sequit. Scio nemine bene viuere sine sapie studio. Vñ veteres philosophi acqsitis vite necessariis incipiebãt philosophari inquit aristoteles in ꝓhemio metha. Quo enim iure tã famosus salomon habetur. Nempe sapientie munere obtinuit principatũ ꝛ honorẽ. Ipso dicẽte de sapia. Preposui inquit illaz regnis ꝛ sedibus. Et sequitur. Infinitus enim est thesaurus hominibꝰ. Et prouer. iij. Melior est iquit acqsitio eius acquisitione auri ꝛ argẽti Ipsa eni est ꝑciosior cũctis opibꝰ Quid amplius: Nã philosophi veteres ymaginẽ sapiẽtie in foribus oĩm tẽploꝝ pingi faciebant: ibiqz scribi vsus me genuit pepi mẽoria sophiã me vocant greci latini sapientiaz. Ecce ꝙ amabilis grecis ꝛ latinis fuit. Hi autẽ sapientiaz nõ amant qui legibus ritis nutũ ꝓferunt corruptũ quod fecisse gentiles quosdã narrat pollicra. li. iiij. c. vi. qui tamẽ gẽtiles se iactabãt sapiẽtie amatores. Attẽdat igitur lector ꝙ ille sapiẽtiã amat qui vere scẽtie opera cõfirmat. De tali loquens salomon: Sapientie octauo ait. Hanc amaui et exquisiui a iuuẽtute mea ꝛ quesiui eã michi spõsam accipere. ꝛ ibidez. vij. optaui et datus est michi sensus. Inuocaui te ꝛ venit in me spiritus sapientie. Quo eni pacto philosohi ita vocati sũt. Nã philosophia amor sapientie est. Quãobrẽ philosophꝰ nomẽ est honoris. vnde. Alphoeabẽus li. suo de diffinitiõe sapiẽtie. Philosophia inquit est diuinaruz humanarũqz rerũ cognitio cũ studio bene viuẽdi. Hi igitur sapiẽtes nõ sunt quorũ studia patẽt criminosa. Nã vbi malicia ibi aut non est aut vacat vera sapientia.

Rursus posco conspicimꝰ ꝙ alexander toti dominãs orbi sapiam sibi elegit amicã cuius ope potius ꝙ vrbibus sublimatꝰ est. Habuit enim aristotelẽ in doctorẽ narrãtẽ age. li. noctiuũ acticarũ. Unde pater alexandri scilicet philippus macedo. alexan. nato. aristo. misit epistolã talẽ. s. philippus aristoteli salutẽ. filiũ inquit michi gẽitũ scio: quapropter diis gratias agere debeo non quia natꝰ est michi: sed qz tuis tẽporibꝰ ipsũ nasci contingit. spero. n. ꝙ tua eruditione fiet dignus regno. Insup alexãder nequẽ. li. de naturis refert qualiliter Aristoteles occasione alexãdri logicã scripsit. Et sedulus naturaꝝ inquisitor extitit. Ecce ꝙ laudabile est pricipẽ amatorẽ sapiẽtie fore cuius occasio

ne sapientes fiunt sapientiores: et suos principatus per sapientiā reddunt stabiliores. Adhuc inquiramus qualiter ꝓ studio alexander vitā exposuit. Narrat enī alexander nequā vbi supra quomodo alexander in vase vitreo mare ītrauit: vt piscium naturas deprehenderet. Ceterū inquit plinius. alexander īflāmatus cupidine cognoscendi animaliū naturas. aristoteli sūmo in omni doctrina multa milia hominū conuocauit Itaqꝫ totius asie atqꝫ grecie animalia venatu: et aues aucupio capi fecit. quousqꝫ de qualibet specie aliquod haberet: vt nullius rei naturaꝫ ignoraret cuius occasione aristoteles fere quinquaginta volumina de animalibus scripsit. Rursus seneca epistola. xciij. alexāder inquit geometriaꝫ studuit. ⁊ cum sciuisset ꝙ terra tam modica erat. tunc ait ꝙ alexander magnus vocari non debebat eo ꝙ pugillo terre dominabitur itaqꝫ geometrie studio sui dominij quantitatem agnouit. His igił narrationibus concluditur ꝙ qui fama et honore cupit dotari sollicite debet sapientiam venari.

Capitulū secundū quomodo veteres sapientiam amauerunt



Vlixes vt tradit ouidius ix. methamorpho. contra herculem militie gloriam obtinuit cum sapiens esset. Ille aūt fortissimus leonisqꝫ depressor. Nam illustriorē reddit sapientia virum ꝙ corporis vires. Unde apulei⁹ libro de deo socratis. si laudas īquit virum quia diues: hoc fortune debetur. si quia fortis egritudine fatigabitur. si qꝛ nobilis nō ipsum sed parentes ei⁹ laudas: si quia pulcher pulcritudo in senectute abiet. sed si laudas virum qꝛ sapiens ⁊ quantumlibet bonis moribus ornatus: tunc ipsum virum laudas: quia hoc non est de etate caducū casu ve pendulum: nec a genitoribus hereditatum. hec in effectu apuleius. Ceterum veterum studia commemoremus. Narratur enim in prologo hystorie tripartite qualiter theodosius in armis per diem exercitabatur et nocte libros sollicite intuebatur. quapropter maximus fuisse naturalis ex dictis sozomei colligitur. Unde boetius primo de conso. narrat platonem dixisse ꝙ res. p. felix esse īciperet si eam studiosi sapientia regerent. vel si eius rectores sapientie studere contigisset. Idem ponit valerius li. vij. ca. i. Idemqꝫ socratem dixisse narrat policraticus li. iiij. ca. vi. qui tamē socrates ab apolline sapientissimus vocatus est Quid amplius. Nunquid abrahā qui fuit pater multarum gētium peritus fuit in omni sapientia egiptiorū. actuum vi. Nunquid dauid habuit sapientiam sicut angelus dei. ij. regum. xiiij. Nunquid salomon petiuit sapientiam ad regendum populum et obtinuit. iij. regū iiij. Nam regale opus est sapere et diiudicare vt attul. li. i. de diuinationib⁹ Unde eccle. x. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Rursus et alios legimus principes sapientie studium dilexisse. Nero enim quanqꝫ crudelis esset elegit tamen senecam sapientem in doctorem qui de clementia librum ei⁹ occasione scripsit. Nunquid traianus habuit pluttharcum cuius occasione factus est liber de instructione traiani vt patet ex epistola quam scripsit: in qua traianus plus laudabat sapientiaꝫ plutarchi ꝙ suam formam vel potentiam. Ceterum de iulio cesare legimus ꝙ studiosissimus extitit. cursumqꝫ solis inuestigans: dies per horas et momenta diuisit bisextū inuenit: multosqꝫ libellos scripsit: vt patet libro de vita cesaris ꝑte prima. De cuius doctrina solinus libro primo. capitulo primo. Doctrina inquit iulij recta ratione fundata est. ⁊ eodem libro parum āte finem Cesaris inquit nullus celerius scripsit: nullus velocius legit. Unde quattuor epistolas simul dictasse perhibetur. His igitur principatus debetur: quia sapien

tiam dilexerunt per quā reges regnāt et principes imperāt. Unde seneca epistola nonagesima quarta. In illo seculo quod aureum vocabatur sapiētes regnabant quo vtilia suadebant et inutalia dissuadabent cauebāt pericula et augebant beneficia. Nos ergo principiū sapientie est. Unde narratur in ecclesiastica historia capitulo quinto qualiter ptholomeus sopientiam dilexit non solum humanam sed diuinam. Unde septuaginta interpretes cōuocauit vt noticiam diuine legis haberet et sapientibus regni sui communicaret. Item tāgit augustinus viij. de ciuitate dei capitulo quarto. Rursus de karolo magno legimus q studiosissimus fuisset. et in libro augusti. precipue legit alcuynūq doctorem elegit a quo dyaleticam. rhetoricā et astrologiā didicit. Uir igitur illustris fieri cupiens si doctus non sit doctorem habeat vt sapiens fiat. Nam dauid secam habebat natam prophetā et sadoch sacerdotem vt sapientiū consilio nō egeret. His igitur narrationibz concluditur q sapiētia studiose querēda est: vt honoris nomē adipisci possit quod obtinuerūt hi qui sapientiā dilexerunt. Cuius amor artes sciētiasq singulas ministrauit. Quis ei dedit moysi vt litteras inuenieret? Unde habuit georgias rhetoricam. Apollo medicinam. Pithagoras arithmeticam. Julo geometriā. Abrahā astronomiā. Jubal musicā. Phoroneus. Solon aut ligurgus leges. Hi enim hec omnia inuenerūt eo q sapientie studio adheserūt.

Capitu. iij. quomodo femine quondam artes inuenerunt.

Plurimas artes atq sciencias olim femine repperereunt sua quoq prudētia plura regna rexerunt et hec oia sapientie dono cui adheserunt. Nam ysis regina egyptiorum litteras egyptias inuenit. vt ponit Isido. libro. i. ethimologiarū. Et carmētis nympha alio noīe dicta nicōstrates. primas litteras tradidit italicis et norma soror tybalciam mechanicas ad inuenit artes. Interea quoq atq tiburtia alieq sibille futura multiplici carmine descripsert prout narrat lactan. li. x. Sibyllarum rursus lybia sua sapiētia dirigēte gloriosissīe regnauit. Itaq meruit vt suo noīe regnū suū nuncuparet. Abnathea quoq alio noīe dicta deiphebes virgo fuit inclita et annis longeua et referentib⁹ poetis sua virginitate diuinitatē obtinuit. vaticiniaq plurima scripsit in baione iuxta lacū vbi dicitur suū fuisse oraculū vsq in hodiernū diē: intuētibz inducit admirationē. De hac refertur q pluria secula vixit. Et tarquino prisco. ix. libros quos ediderat attulit. de quibz tres cōbussit et sex residuos romani cū magna diligentia seruauerūt. Ceterū semiramis regina vetustissima sua fortitudīe et sapientia regna plurima subiugauit arimaq viris intollerabilia portauit. Opis q̄q alio noīe dicta opus feia fuit q̄ sua prudētia iouē neptunū atq plutonem suos filios vna cū saturno contra hostes seuissimos a morte liberauit Et iō fuit adepta tam grāde nomē. vt ipa diceretur mr deoꝝ. Uñ publica tēpla sibi cosecrata fuerūt Rursus iuno q̄ fuit opis filia et ioui tādem nupta olim regina celorū arbitrata est. Et vt eius memoria non periret sibi templū grande fecerunt veteres et ex marmore vario ei⁹ imaginē sculpi fecerūt in temploq ꝓposuerunt. Ceterū minerua alio noīe dicta pallas vt q̄dam referūt numeros prima repperit et in ordinē reduxit quib⁹ vtimur vsq in hodierū diē. De ipsa fuerunt poete q ex osse tibie vni⁹ auis fistulas pastorales primitus inuenit. Dicunt tamen aliqui q de calamo et non fistulam primo composuit hec minerua apud athenienses dea sapientie nuncupata est. Rursus marsepia sua sapientia et forti

tudine regna obtinuit: māmillaq3 dexteram abstulit ne a sagittatiōis exercitio impediretur. Aragne quoq3 asiatica atq3 pheboia femia fuit que artem texture atq3 lanificij repperisse fertur. His igitur enarrationibus patet feminas sapiētie adhesisse eiusq3 gratia nomen honoris adeptas fuisse. Nūquid insuper alias feminas sapiētia viguisse legimus. nunquid rebeca suū filium iacob istruxit: vt benedictionem paternam obtineret suoq3 consilio a fratris psecutione liberauit: vt patet i genesi. nunquid barsabe suo prudēti sermone p suo filio salomone regnū adepta est vt tradit liber regū. Hester quoq3 sua sapiēti locutiōe ab assuero rege quod voluit obtinuit. Abigail etiam sua prudētia nabal virū suū a morte eripuit. et iudith ab holoferne ppl'z liberauit. Femie igr sapiētie gr̄a viguer̄t suiq3 sex⁹ impositam ebetudinem cooperuerunt

¶ Capitulum. iiij. de studio sapientie a iuuentute.




Apud hebreos mos olim erat iuuenes īstruere ī ijs scientijs que secure erant: vt recitat origenes super. cantica in principio. Itaq3 non sufficit iuuenes erudire: sed vlterius cōspicere oportet ne in malis actibus seu morib⁹ īstruantur. q2 teste. aristo. i. ethico. In ijs delectari non est nobis naturale in quibus ab infantia delectari incepimus. Unde anselmus. li. de similitudinibus. c. liij. mollis cera imaginē sigilli faciliter recipit: sed cū indurata fuerit retinet nec de facili dimittit. Adolescentes igitur ab exordio in sanctis et virtutibus instrui debēt prout faciēdū tradit augu. xij. de cite. capi. li. Infans inquit suam capacitatem non excedat. q. d. q2 in sapientie studio temperamento regulari debet. Illoz iuuenū reprobanda est vita quoz occupatio vanitas est et senectus morū dissipatio erit scelerataq3 abissus. Cur enim artes liberales dicuntur nisi quia liberis signanter nobiliū debēt: a quibus tamē cōmuniter desferuntur. Utinam ij attenderent q̄to sapientie studio predecessores vacarunt in senectute pariter et iuuentute. Narrat enī a. gelius. li. vij. capi. x. qualiter euclides sapientie studium tantum dilexit vt periculo mortis se exponeret. q2 nō obstante decreto athenienfium socratis doctrinam audire disposuit. Insup hiero. epistola. xxxiij narrat qualiter aliq philosophi pter studiū sapiētie calcabāt honores. i. Alij pūciebant diuitias. Alij acceptis iniurijs gaudebāt. Alij penas spuerūt. Alij heremum intrātes soli philosophie se dedicarūt. Ūn teste valerio. li. viij. ca. vij. Charneades laborios⁹ et diuturn⁹ sapiētie miles nonaginta annis studio sapiētie vacauit: ita vt studij causa nutrimentum sepius accipere obliuisceretur. Insup hugo in didascalon pte. ij. narrat qualiter philosophi oīa reliquebāt vt sapiētie studio vacarent. Nā pmenides. xv. ānos ī rupe egiptiaca sedisse legit̄ studij cā. Et prometheus meditādi causa in mōte caucaso vulturi exposit⁹ memoratur. Themistocles quoq3 expletis cētū et. vij. annis mortē deflebat dicēs se dolere mori: cū sapere cepisset. Plato vno et octogesimo āno scribēs mortu⁹ est. Socrates cū librū q̄ panathenaic⁹ cōscribit̄ nonagesimo quarto āno scripsisse dicitur. vixitq3 quinquenniū post ea. His igitur exemplis patet q2 amandū sit sapiētie studium. Cuius sūt due claues quas expressit quidā senex carnotensis narrante pollicratico. li. vij. c. xiij. Prima clauis est amor docētium prout ait quintilia. li. de instōne oratorij. Secunda clauis est sollicitudo studentium. quia tūc optime docet qui legit si amat eos quibus legit: et audientes optime proficiunt si attente et sollicite audiunt. O q̄ enorme tardum pigrumq3 plurimū reperit studiū. Quot

sunt patres filios permittentes sterilescere. Unde tul. in primo rethorice veteris quid inquit agis Cur perdis adolescentem. et sunt verba Terentij. et idem tul. in primo officiorũ. Est igitur inquit adolescentis maiores natu vereri. ex hisqȝ deligere optimos ac pbatissimos quorũ consilio atqȝ auctoritate vtantur. insuper crisostomus sup matheũ omel. x. sicut terra infructuosa sic iuuẽtus neglecta. Nil ergo laudabilius iuuẽtute culta et studiosa. et nil ediuerso vitupabilius iuuẽtute stulta et inculta. vnde valerius li. vi. c. v. Ciuitas nostra nobiliũ iuuenũ ingenia ab insolertia reuocãdo magnos et vtiles ciues fecit honoribusqȝ meritos. Quãobrẽ hierony. lib. de instructione filie: nichil discat audire nichil loqui: nisi qd ptinet ad timorẽ dei turpia nõ intelligat mundi cãtica ignoret. Eiusqȝ lingua psalmis dulcibus imbuatur. eccl. vij. Filie tibi sunt serua corpus illarum et nõ ostẽdas hylarẽ faciẽ tuã ad eas. Ideo beatus grego. in registro. peto inquit vt paruulos tuos quos nutris precipue moribus instruere cures vt scilicet ea loqui debeãt que mentes eorum in charitate postulãt. iuxta illud eccle. x. Letare iuuenis in adolescẽtia tua et in bonis sit cor tuũ. Nũc autẽ sapientie studio relicto iuuenes vice doctorũ sceleratos imitantur corruptores morũ. Quapropter dicit augu. epistola. lxxxix. Eligendus est magister probe etatis sã... vite eruditionis: vt scilicet eius exẽ... iuuenes imbuantur qui mala diligunt in quibus nutriuntur. Si enim de alexãdro legimus qȝ exemplo leonidis magistri sui multa vitia retinuit quibus omnino carere non potuit. Unde hier. epistola. lxxxvij. In tenera etate facilius sancte conuersationis vsus inolescit animusqȝ induratus non de facili ad arbitrium volẽtis trahi potest. Ideo tul. li. officiorum primo dicit qȝ ineũtis etatis inscitiam: senum constituenda et regẽda prudentia est. Ineunte eni adolescẽtia: tunc est maxima imbecillitas consilij. ipsi enim sunt ad leuitates prompti. Unde vinum negandum esse pueris docet seneca li. ij. de ira Ipsosqȝ cibis non esse inflandos docuit plato. Nam castrimargia sapientie studio nimis contradicit eo qȝ nutrix ẽ voluptatis que maxime philosophie inimicatur vt inqt aug. li. iiij. contra iulianum. Unde hugo in didascalicon parte secũda narrat qualiter cuidã sapienti fuit petitũ que erãt necessaria studenti qui: respõdit: mens humilis vita quieta scrutinium tacitũ leta paupertas: terra aliena nõ erubescere petendo et, scientia adepta. neminẽ contemnere. Et concludit ibidem qȝ quattuor portãt leticam phie scȝ amor labor cura et vigilia His ergo modis scientia acquiri potest que tunc efficaciam sortitur siue ita coscientie conforme tur. Unde hierony. epla. xxxiiij. narrat qualiter hypocrates discipulos adiurauit anteqȝ eos doceret qȝ mansuetudini et moribus insisterent. Socrates etiam vniuersã philosophiã. mores corrigendos reduxit. vt ait seneca ad lucil. epistola. lxxxiiij. Et augu. viij. de ciui. ca. iij. Item ponit tul. in tuscu. questionibus li. quinti prologo dicẽs Socrates autẽ primus philosophiã deuocauit et celos et vrbes collocauit et in domos ẽt introduxit et coegit de vita et moribus rebusqȝ bonis et malis querere. Rursus iuuenis attendat ne prauam doctrinã discat. Unde apud lacedemones libri archilaci de ciuitate sua eiecti fuerunt eo qȝ quedam turpia licet subtilia continebat, narrãte valerio. libro iij. ca. vi. Discat ergo iuuenis doctrinas sanas. nam insane doctrine falsitatibus pinixte sunt. atqȝ doctrine non meremur vocari. vñ bernad. sup cãtica omel. xxxv. Est omnis scientia bona dum veritati subnixa sit. Sed qudam scire volũt co fine tantum vt sciant sed turpis curiositas est. sunt etiam qui scire volũt vt scire videantur sed turpis vanitas est.

Et subdit sicut cibus indigestus corp⁹ corrumpit:sic scientia igne charitatis scilicet bonis operibus non digesta anime corruptio est. De tali sapientia loquitur sapiens eccle.i. In multa sapientia multa indignatio.

Capitulū quītū quomodo sapientia est necessaria regibus



Joseph cum a suis fratribus fuisset venditus nō diuitiarum multitudīe:sed per sapiētiā obtinuit vt dominaret̄ i omni terra egipti geñ.xlij. vñ vegetius li.i.de re mili.nullus ē cui sapientia magis cōgruat ꝙ̄ pncipi cui⁹ doctrina omnibus debet prodesse subiectis.ideo iuuenes nemo eligit in duces.quia nō cōstat eos esse prudētes.vt dr̄ in thopi. Nā sapiētia fecit romanos dn̄ari:vt indr̄ policra.li.vij. ꝛ.li.iiij. Romani iquit viguerūt ꝙ̄diu litterati fuerūt.ſʒ ex q̄ virt⁹ litterarū i eis languit:ex tūc man⁹ armata īfirmata ē.ꝛ cecidit pricipat⁹.qm̄ sapiētia ait. per me reges regnāt ꝓuer.viij. Cur ergo traianus oli hortabatur regem frācorum. vt suos filios in artibus liberalibus erudire iuberet. narrante pollicra.li.vi.ne si quia rex illiteratus est asinus coronatus. Rex enim insipiens ꝑdet populum suum.eccle.x. vnde hieroboam ex sua imprudentia decem regna perdidit que sibi dimiserat pater suus. Sapiētia ergo regna stabilia facit.vñ ī mortali dogmate philosophoꝝ narratur:qualit̄ xerxes rex medoꝝ īnūerabilē hn̄s exercitū cōtra paucos grecos bellatur⁹ accessit. Cui quidā dict⁹ damacet⁹. Ista iquit multitudo tibi placet dn̄e mi rex ſʒ metuēda.qꝛ dubiū ē sidoctam mltitudinē regi ꝓdesse nec diu durare potest qꝺ regi nō valet. vnde vegetius li.iiij.dicebat se esse deceptum eo ꝙ multos habebat hoīes.ſʒ nullos habebat disciplīe subiectos. Prudētia ergo pricipib⁹ victoriā ꝓbet vtiqꝫ honestatē.qꝛ impossibile est prudētē nō esse entē bonū.vi.ethi. Utinā ergo pncipes sapientiā diligerēt.ſʒ fortassis superbia eleuauit corda eoꝝ:ita vt negligāt oīa que a prudētib⁹ scrutari debēt. Utinā reminiscerent̄ qualiter dionisius licet tyrān⁹ platonē sapientē honorifice suscepit narrāte polli.vij.c.xxxviij. Sʒ sapiētes nō amāt q̄ sapiētes fieri nō curāt. Eoꝝ ergo principatus ruine gerit timorem.

Ca.vi.quomodo sapiēs animapossidet ꝛ stultus nichil.



Nichil possidet is qui sapiētia caret.aut qui seipsum nō habet. Stultus ꝟro se nō possidet eo ꝙ se regere nescit Sapientis autem sunt omnia quia nullo eget.vnde sene.epistola.ix. Allegat crispinum dicentem sapientem nulla re egere:et tamen multis illi rebus opus esse. Econtra stultū multis indigere: ſʒ ei nulla re opus est:nulla enī re vti scit. nēpe egere ille diciturq̄ desiderat quod ab eo nō habet̄ ꝛ exīde molestat̄ qꝺ sapiens nō facit.qꝛ ex sibi possibilib⁹ cōtētat̄.vñ idē sene.le.vij.de bn̄ficijs. Dicunt stoici oīa sapientis eē quomō ergo pōt aliq̄s dare sapiēti si oīa ei⁹ sunt nichil em̄ ꝓhibet bona ciceronis esse ꝛ sapiētis q̄ tn̄ ea nō possidet. Sʒ quomō sua erūt si nō est possessor eoꝝ. Ideo ēt sua eē dicunt̄.qꝛ sub sūt imperio.ꝛ quomodo subsūt ex quo ea non habet. Ueuera nec habere ꝑetit ꝛ si petat tunc ea habebit.alias enim petere sapiētis non est. Ecce ergo q̄modo sapiētis sunt oīa. Studeat igitur homo sapiēs fieri nec prestudeat ditari.qꝛ oīs sapiens diues. Multi esse sapientes creduntur q̄ nō sūt sapiētes. Unde lactā.li.de falsa sapientia naturam inquit hominis de⁹ hanc esse voluit vt duarum rerum homo cupidus ac appetens esset.s.religionis ꝛ sapiētie. Sed homines ideo falluntur: qm̄ aut religionem sine sapientia suscipiunt aut sapiētie soli studēt re

ligione omissa. Verũtamen altera sine altera esse non potest. Nomine autẽ religionis honestas capit: et noĩe sapiẽtie vera philosophia q̃ mores astruũt. Vn de plato dicit amatorẽ dei philosophũ eẽ teste aug. c. viij. de ciui. dei. ne tñ q̃s credat veraꝫ philosophiã esse illã quã studio humano aquirim⁹. sed illã quaꝫ nemo mortalis ẽ assequut⁹. Vñ tul. ĩ. li de amicitia. Negãt inq̃t. s. veles quẽq̃ eẽ bonũ virũ nisi sapiẽtẽ: sꝫ ad illã sapientiã iterp̄tãt quã nemo adhuc mortalis ẽ assecut⁹. Queres igit̃ fortassis q̃ sit illa vera sapiẽtia. Reuera ipa ẽ qua deus cognoscitur. Unde lactanc. li. de vero cultu. sicut ĩ itinere celebrando nichil p̄dest viã nosce: nisi conatus ac vires suppetãt ambulãdi: ita vera sciẽtia nichil p̄dest si virtus propria deficiat. Sciẽtia autẽ est deũ noscere. Dices tñ philosophie plurimas eẽ p̄tes. Suprema aũt p̄s ẽ: q̃ de⁹ cognoscit̃. Et alia q̃dã pars est qua homo in agẽdis dirigitur. De qua tul. ĩ tusculanis quõnibus li. v. Sapiẽtia p̄prium ẽ nichil: p̄p̄t qd penitere possit facere nichil inuite sed splẽdide: et cõstanter oĩa p̄ agere: nihil expectare p̄ certo futurũ nichil cũ acciderit ãmirari suisq̃ stare iudicijs.

O q̃ desideranda ẽ hec sapiẽtia qua bñ viuitur q̃ liber homo efficitur. Vñ tul. li. de paradoxis. sicut iprobatio et stulticia: hõi bene esse non potest. sic vir sapiens et bon⁹ miser esse non potest. Omnis sapiens liber: oĩs stult⁹ seru⁹. Huic tñ sapiẽtie multi stulti ɔtradicũt. illosq̃ p̄dicãt stultos: qui studijs sapiẽtie ĩsistũt horũ tñ teste senec. epistola. xiiij. nũq̃ ĩ tãtũ ɔualescet nequitia nũq̃ sic contra virtutes ɔfirmabũt̃ vt nõ philosophie nomen venerabile et sacrũ maneat: qm̃ vt ex prouer. sapientiuꝫ. colligitur rem maximã tibi sapiẽtia p̄mittit: vt te reducat tibi. Sed hãc paucissimi habent Vñ catho. Sermo datur cũctis animi sapiẽtia paucis. Si tñ sapiẽtia habere tur diuitijsque magno labore acq̃runt̃ velut inutiles preteremitterentur. Unde claudi⁹ in maiori opere. Magnas ingenij copia vincit opes. q: sclꝫ homo ingeniosus et sapiens vincit magnas opes Naꝫ opibus non fit sapiens homo: sed sapientia diues.

Ca. vii. de dispositiõe ad sapientiã de quiete cõtẽplatiuã.

Nulla ẽ via melior ad veram et ieffabilẽ sapiẽtiaꝫ q̃ vita virtuosa. vñ Aug. ĩ li. octuagita triũ questionũ allegat dictũ cuiusdã sapiẽtis fõtei noĩe qd scripsit q̃daꝫ pagan⁹ post modũ baptizat⁹: hoc inq̃t miseri agite hoc agite: scꝫ baptisemini ne vnq̃ polluat hoc domiciliuꝫ sp̃us malignus ne sẽsib⁹ immixt⁹ ĩfeste aĩe sãctitatẽ lucẽ q̃ mentis obnubilet: Nã ipis adheret sõnis latet ĩ ira ipletq̃ oẽs meat⁹ itelligẽtie p̄ q̃s lumẽ rõis solet infũdi. itaq̃ apparet q̃ sancte: ac catholice viuere mediũ v̄e sapiẽtie ẽ. sꝫ q: ĩ v̄tutib⁹ stulti reperiũt amaritudinẽ: et ĩ criminib⁹ voluptatẽ: ideo mala p̄ bõis ãplectũt̃. vñ lactã. ĩ li. de falsa religiõe: q: inq̃t ĩ v̄tutib⁹ amaritudo p̄mixta ẽ vicia v̄o voluptate cõdita sunt. ideo stulti illa amaritudĩe offẽsi: et voluptate decepti: mala p̄ bõis ãplectũt̃: et idẽ. lac. li. de v̄a religiõe et sapiẽtia. veritas iq̃t acerba ẽ oĩb⁹ his q̃ vitã suã mortiferis voluptatib⁹ dedicarũt. sꝫ reuera mẽti v̄tuose nil pulchri⁹ studio sapiẽtie ẽ. vñ q̃n. li viij. istitutõnũ oratoriaꝝ pulcherrimũ op⁹ ẽ vacare studio: q: mẽs nõ vitijs sꝫ studio libera ẽ. Illi igr̃ rep̄bãdi sũt qui studio vaccare pigrescũt. vñ ex p̄uer. sapientum colligitur: vt auri aliquid extrahamus: terras euertimus: vt autẽ summum aucupemur pectus scrutari piget: q: .s. omnes labores accipim⁹ vt aurũ possideam⁹. sꝫ p̄ sapiẽtia q̃ de⁹ cognoscit̃ laborare p̄mittimus. Arbitror enim peccata hoc facere. vnde seneca. epistola. liiij. vita sua cofiteri sanitatis

iudcium est. Qui sapiens igitur fieri cupit delicta tollat quibus studium offenditur. Unde prudentius. O quoties animam vitiorum peste repulsa sensimus incaluisse deo quotiens tepefactum celeste ingenium post gaudia candida retrocessisse in stomaco. Que verba nil aliud sonant. nisi q vitiis repulsis anima inheret studio sapientie: sed per vitia retardatur. Unde properti⁹. in epigram. Cor mundum et sapiens: fructu virtutis alatur. Et xp̄i i nostro pectore regnet amor. Nempe amor xp̄i studentem excitat: et moram facere non permittit. Sollicitum ergo erit studiū ī amore si fundetur. Unde ouidius. li. ij. de arte aman. Est amor cura breuis lentescunt tempore cure: vanescitq abſēs et nouus ītrat amor. Uir ergo studios⁹ sapientiam querat qua mens perficit. Qua etiam in hoc crescit homo ī quo brutis dominatur. Rursus petunt quietem omnes: sed quietus esse non pōt qui sapiens non est. Unde senec. episto. lvi. nulla placida est quies: nisi quam ratio composuit nullaq res animi sapientes euocat: nullusq auium concent⁹ interrūpit cogitatiōes bonas solidas quoq iam et certas. Itaq in bonis cogitationibus ⁊ studijs quies est. Unde narrat gel. li. i. noctium atticarū: quomodo socrates a solis ortu vsq ad occasum immobilis studio vacabat: atq oculis in eundem locum directis contemplationi insistebat. De mundi eñ sollitudinibus minime curabat: totiusq mundi incolam et ciuem arbitrat ni chil a se scire dicebat: nisi in hoc ipsum q nichil sciret. vnde et carneades sapientie studio vacans cibum sepius capere pretermisit vt alibi dictum est narrante valerio. li. viij. ca. vij. Cur ergo mundani quietam non habent: q₂ non in diuinorū sed humanorū studio se occupant. vnde senec. ad lucil. episto. viij michi crede. nā qui nichil agere videntur maiora agunt humana diuinaq simul tractant: quasi diceret q humano studio non ita insistendum est: quietiā diuino intendēdū sit. alijs mētis quies haberi non potest. dicente beato aug. Domine inquietum est cor nostrum donec quiescat in te. Huius autem quietis via est vita virtuosa.

Capitulum. viii. q̄mō sapiētia oīa vīcit.

Sapienta omnia complecitur nichilqꝫ ignorare permittit et singulorum noticiam prebet. Quod igitur amanda est sapientia? quid enim iocundius aut felicius tibi quam cum humana conceperis diuinas scias scientias. Reuera prebet pabulum anime studium sapientie. Attendamus igitur quod sit delectabile naturalia perscrutari vnde tul. in dialogo ad hortensium: est inquit animorum ingeniorumqꝫ naturale quasi pabulum quoddam cōtemplatio nature. Et didimus ad alexandrum. Nulla inquit spectacula vel certamina tantum affectamus sicut sapientie studium: in qua sapientia videmus celum pulchre formatum signorum veritatem: stellarum fulgorem rutilare: videmus quod pelagus purpureo colore venustum germanam terram amplecti: cuius pelagi multiformes pisces per equoreas vndas saltus exercent. temporum etiam virentium specie delectamur ex quibus odor gratissimus flores suauitatis exalans oculis hominum simul pascit et animum. nemorum quoqꝫ adest opacitas et fontium arridet amenitas. Assunt et volucres dulce concinentes melos. Hec inquit sunt nature spectacula que et imitari difficile est et refutari culpabile. Sed nunquid hec omnia sapientia prebet Reuera sic quia omnium naturas docet. Unde senec. de naturalibus questionibus. libro quarto dicit sapientem debere naturalium inquisitioni vacare. dulce inquit spectaculum est singula scrutari. Sed reuera pretermisso sapientie studio plures inanibus occupationibus agitantur et querunt extra studium campum: extra nemora sapientie feras. Itaqꝫ malunt rerum incorruptibilium vsus quam noticiam perpetuo duraturam vnde fulgen. libro. ij. mitilogiorum narrat quod cum diogenes dolore grauatus quereretur: et vidisset homines ad amphiteatrum currētes agebat quanta hominum stulticia currunt vt videant homines repugnare feris et me pretereunt cum naturali dolore certantem. hi etenim sapientes non erāt: quia cursibus non acquiritur sensus sed opere bono seduloqꝫ studio. Unde virgilius. in georgicorum primo. Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Et tulius libro. de diuinatione. Si quis mortalis colligationes omnium cuasarum animo prospicere posset nichil eum profecto falleret. Nam ex noticia mortalium cognitio prependitur conditoris. vnde prosper in epigra. In miris operum signis ostenditur actor auctoremqꝫ sua condita quemqꝫ canūt Cum igitur sapiens humana consperit deum inueniet in cuius contemplatione quietabitur. Audisti igitur sapientiam nature causas edocere nunc autē de diuinis loquentem mediter. nam ipsa sapientia infima et excelsa perscrutatur. Si enim eam possidetis quantum tibi suppetit omnia cognosces vnde lactan. in libro. de origine erroris nobis inquit proprie datum est celum intueri vt deum quem oculo videre non possumus mente contemplemur quid tam perspicium cum natura celestia contēplamur quorum consideratione manu dicimur ad contemplandum ita qualis sit natura deorum. vnde tullius libro. secundo de natura deorum. nichil inquit difficilius quam a consuetudine oculorum aciem mentis abducere. Ecce quanta difficultas est deum venari cuius tamen cognitionem ex visibilibus sapiētia prebet. iuxta illud apostoli. i. Inuisibilia dei per ea que facta sunt a creatura mundi intellecta cospiciuntur. Unde. Tullius in libro de creatione mūdi Parentem vniuersitatibus huius inuenire difficile est. quia soli sapiētes deū cognoscere possūt. Nul. aūt sapiēti credit cōspiciat ex. sapi. creaturas dei vt deū

cognoscat ipse. vnde boe. l. v. de consolatione. Qui recto celo vultu petis in sublime feras aīn quoq;. iuuēcusli. i. Felices puro qui celum corde tuentur. Visibili⁹ deus his per secula cūcta manebit. Nā et deus homini vultum erectum prebuit vt celum conspiciendo deum cognosceret. Bruta vero terrā cernunt in quā resoluitur eoꝝ vita. Unde ouidi. li. i. methamor. Pronaq; cū spectāt animalia cetera terras. Os hoīm sublime dedit celūq; videre iussit ⁊ erectos ad sidera tollere vult⁹. Et benar. siluester in microsmo. Hec patiēter hꝫ tardos animalia sensus. Cornua deiectis vultibꝫ ora fuerīt sed maiestatē mētis testante figura. Tollit homini sanctū solus ad astra caput. Ut celi leges inde flexosq; meat⁹. Exēptū vite possit habere sue. Unde cū quidam empedocli philosopho quereret cur viueret respondit vt astra inspiciam celum subtrahe et nullus ero. Iste est empedocles qui sic deum legitur descripsisse. Deus est spera cuius centrum est vbiq; et circumferentia nusꝙ. Alibi tamē legi democritum hoc dixisse. Quicquid sit tamen empedocles sapientie studio mediante: deum pro viribus inuestigauit et vt refert lactan. mortem sibi intulit eo ꝙ aīas eternas suspicabatur. Ex predictis ergo patet qualiṫ philosophia naturalium ⁊ diuinorum noticiā prestat.

Capitulum nonū quomodo est iugiter studendum



Ad hoc datus est homini intellectus vt intelligat ⁊ cognoscat. Via aūt cognitionis studiū contemplatio est. Sed qꝛ teste hipocrate in anphorismis vita breuis ars vero lōga congruit volenti sapiens fieri studiosissime at sollicite scientias contemplari. Nā et licet predicta verba de arte medicine dicta sūt nichilominus quelibet ars et scientia longa est. Et ad eius adeptionē vix humana vita sufficere pōt. Nam teste tullio in dialogo ad hortēsiū oīs cognitio multis est obstructa difficultatib⁹. Est eni et in ipis rebꝫ obscuritas ⁊ in iudiciīs nr̄is īfirmitas Vn̄ ferṫ ꝙ theofrastus aristotelis discipul⁹ accusabat deū dicēs. Cur īquit cernis ⁊ cornicib⁹ vitā diuturniorē prestas ꝙ hoībꝫ quorū si etas possit esse longior oībus perfectis artibus eorum vita erudiretur. Vita igitur breuis. Sint igitur studia sollicita. Quid enim dulcius ocio litterario inquit tul. li. v. de tuscu. questio. Erubescant igitur indociles et idiote. quibus dicere nulla cura est: aut qꝛ sciētiā sapiunt quā ignorāt: aut qꝛ scientiam iactant se habere quā non habēt. Nam teste tul. de diuina. li. i. oīs temeritas in rebus turpis est. Unde socrates sapiētissimus se nihil scire dicebat Nō igitur tollat studium tuum desidia vel superbia Nam teste ouid. iiij. de tristibus. Ingeniūq; meū longa rubigine lesum. Torpet et est multo ꝙ fui tante minus: quod verum est de his qui minime student. Nam studendo et contēplando gaudet natura varietate: vt ponit varro in suis sententiīs Et aristo. i. ethico. ex hesiodo. refert ꝙ iste quidem optimus qui ex seipso oīa intellexerit bonus aut rursus ⁊ ille que benedicenti obediet. q̄ vero nec ipsemet ītelligēs est: nec alium audiens ī aīo ponet. hic rursus iutilis vir videtur. Quid enim inter humanas occupationes delectabilius ꝙ scientias meditari veritates ɔtēplari ⁊ artibꝫ illustrari: Nil enī meli⁹ inṫ humanas cōplacētias noui. Nā studio ⁊ cōtēplatōe fit hō sapiens ⁊ felix et amabilis cūctis. Unde narrat vale. maxi. ꝙ marcell⁹ capitis sira cusis archidenio philosopho pepercit. ei⁹ visa prudētia q̄ floruit cuiusq; studium sapiētie ol ī q̄uis bn̄ficia impetrauit attēdam⁹ qm̄ teste. sen. ad lucil. epistola. xlix. dociles natura nos condidit et rationem dedit imperfectam sed q̄

perfici posset. Et epistola. lxxvi. Q̃diu viuis tamdiu discas. Et. v. li. ij. īstitutionum. Sicut officium preceptorum est docere sic discipulorum dociles se prebere. scientia cōualescere nequit nisi tradentis et accipientis concordia sociata fuerit. Itaq; congruit sapientie studio se exhibere: aut saltē arte in aliqua se occupare. nichil tñ sapientie studio melius. Sed vt ait apuleius li. de deo socra. in quibusdam mirandum est q̄ minime discere volunt et causā eorum q̄ vident negligunt. Huiusmodi sūt hi qui sapientes fieri non amant qui pro solo statu aut victu corporis laborant. Utinam hi attenderēt socratis studia de quo refert vale. lib. viij. q̄ addiscere quotidie non resistebat. De pithagora etiam fertur q̄ doctrinis iugiter insistebat. Unde eunodius artium magister est instantia nouerca eruditionis ꝛ negligentia. ideo catho. Instrue preceptis aiz ne discere cesses. Nā ꝯ sine doctrina vita est quasi mortis imago Ne pudeat qui nescieris te velle doceri. Scire aliquid laus est pudor est nil discere velle. Posco igitur vt attendat lector superbiam ignorantie matrem existere. Plures namq; vano fastu seducti discere verentur a doctoribus suis ne detegatur eorum ignorātia. Malunt enim vt arbitrantur homines eos scire quod nesciunt q̄ interrogādo sci[illegible] acquirere quam adepti nō sūt. [illegible] enim in sua ignorātia vitam deducunt parumq; proficiunt: q2 docētem nō libenter audiūt. maxime tamē desiderant sapientes: vt famam habeant nam eorum desiderium gloria est. eo tñ pacto quo scire petūt vt honorēt scire recusant ne humelientur Superbia itaq; scientiam postulat quam accipere dependenter recusat: Ignarus tamen sēpererit qui discere erubesci t. Si nempe felix fieri peroptas: vt omnes cupiunt viuentes: quomodo ergo studium sapientie contemnis: cur renuis doceri eā. teste Ouidio. v. metamor. Fas est ꝛ ab hoste doceri: q̄a nullo casu debet id p̄termitti quod mētē pficit. vnde Ouidius pmo de arte amādi. In genium celeste suis velocius annis surgit. Sed non nisi p doctrinā q̄ a scientibus postulāda est. Rursus queso aīaduertamus q̄to zelo veteres sapientie studio inheserunt. Sepe nēpe quosdam numeraui ꝛ numeratur⁹ sū: sed nō adest scribēdi facultas eos: quorū studia iure cōmemorāda sunt. Plures nāq; meditationē ita dilexerūt vt reliquerēt vrbes locupletissimas. ꝛ vastaz solitudinē eligerēt. q2 nichil porro studiose mēti tam cōgruū est sicut solitudo. nā q̄ cum multis est secū nō est. ꝛ q̄ sibi abest cōtēplari nescit. vñ tul. i. de offi. multi trāquillitatē sperantes a negotijs publicis se remouerūt īter quos nobilissimi viri philosophi ꝛ hoīes graues fuerūt qui nec ppl̄i nec pricipū mores ferre potuerūt vixerūtq; nōnulli ī agris. vñ Senec. li. vij. de naturalib⁹ quō. fac lucilli qd̄ facere cōsueuisti ꝛ a turba q̄tuz potes te separa. Et idē senc. epistola. ij. primum argumētū cōposite mētis existimo posse cōsistere ꝛ secū morari. Et idē epistola. vij. Inimica est multoꝝ ꝯuersatio. ꝛ vtiq; quo maior ꝛ popl's cui miscemur hoc plus periculi est. Et epistola. xv. Quicq̄d facias cito redi a corpore ad aīm tuū illūq; dieb⁹ ac noctib⁹ exerce. Et epistola. xix. Si potes subduc te istis occupatiōib⁹ His. n. documētis clare deducitur q̄ cōtēplātib⁹ bona ē solitudo. vñ ī puer. sapiētū dicit rem maximam tibi sapientia promittit. vt reducat sibi solitudinem que vult cum innocentibus viuere. Et ouidius. iiij. tristium. Uiue tibi ꝛ lōge nomina magna fuge. Unde prosper lib. epigra Scrutari legem possunt si a strepitu mundi libera corda vacent. itaq; contemplationis locus solitudo est. Sed nunquid solitudo melancoliā gignit. quis autem melancolicus studere valet Attende nempe q̄ melancolia pro tristicia capitur sepe. Et ita studium impedire solet. Si

autē melancolia capiatur pro ista natura que melancolia dicitur melācolicus fieri ne dubites:quia ceteris complexionibus melancolia est ingeniosior. ꝛ licet sit terrestrior est tamen cognitione acutior dicente tulli. in tusculanis questionibus libro primo. Aristoteles inquit. ait omnes ingeniosos melancolicos esse necꝫ tardiorez iis esse moleste non feram.

¶ Ca. x. quomodo nō sufficit legere sꝫ etiā audire oportet.

Libros euoluere seu legere pro studio eiusꝫ vtilitate nō sufficit sed doctores idoneos audire congruit. Nam auditus via est ad disciplinam. Si vis ergo doct⁹ fieri virū elige doctū cui obtēperes cuius doctrīe acquiescas. Nā discipulū pficere facile nō est si pterui re aut redarguere suū presumat doctorē. vnde in li. i. musice veteris fertur ꝙ cū pitagoras discipulos instrueret nullus sibi contradicere audebat: nec rationē querere eorum que dicebat. sed erat eius ratio docentis auctoritas. Nā et in philosophia guil. de pchis quem duci normanorum ascripsit me legisse recolo: ꝙ olim discipuli per septēnium suos magistros audiebant anteꝙ aliquid loquerentur. Huius vero temporis scolares redarguere suos doctores non verentur Quinimo et de ea questione de qua interrogant determinare presumunt. quod non est facere viam ad disciplinam. Fortassis etiam doctorū insufficientia viaz discipline claudit ꝛ auditoꝝ temeritatē pter ebetudinē refrenare nō audēt. Doctus ergo fieri si poscas idoneum exquiras doctorem. Unde varro in suis sententiis. Illum quidem eruditorem elige quem magis mireris in suis ꝙ ī alienis. Nil enim magnificum docebit qui a se nil didicerit. Absit igitur a te vt doctorem imperitum eligas. sed in limitibus tui ingenii consistas tueꝫ capacitati magistrum exquiras. Et hoc maxime dū iuuenis es teneriosiꝫ etatis. tunc enim quicquid conceperis facilius radicabitur vt tangit quintil. li. i. institu. Unde varro in senten. sapiunt vasa quicquid prius acceperunt. sic inquit est de infātibus. Et aug. lib. i. de confes. De seipso lamentabiliter fatetur iuuentutem ludis et non semper studiis exposuisse. In scolas inquit. Datus sū vt litteras discerem ī quibus quid vtilitatis esset ignorabam miser: sed ludere delectabar. Cum igitur vir tante doctrine vt narrare nequeamus de modico iuuentutis ludo lamentatur: si potissime erubescāt qui totam iuuentutem lasciuie prebuerunt. Nec tamen congruit artibus quibuscūꝫ animum exhibere aut quorumlibet scrutinorum noticiam adipisci. Nam qui methas sue capacitatis excedit cum putat ad scienciarum culmē peruenisse errorum tenebris nubilat. i. ideo catho. Mitte archana dei celum inquirere quid sit. Cum sis mortalis que sūt mortalia cura. Et orati⁹ lib. i. carminum. Tu ne quesieris scire quē michi quē tibi finem dii dederunt. Nec babilonios temptaris numeros: vt melius quicquid erit pati seu ꝑ plures hyemes seu iupiter tribuit vltimā Desistant igitur suspiciosi magice artis scrutatores fallacias inuestigare ī quibus non nisi fraus dyabolica continetur. Nempe mirabile esset si principes tenebrarum et errorum demones scilicet sapientie collatores essent. Mirabile si maleficia si īdebita sacrificia si caractares vaneꝫ cerimonie sapientiam prebere inueniantur. Talibus eī viis a deo fonte sapientie receditur et sicut a sole elongatus cominus videt quo magis distat: sic etiam quicquid dicant homines quicquid libri sortilegiorum scribāt. his non obstātibus quis eo fit stultior ꝑ quo a diuino cultu et fide obediētia fit distantio. vnde teren. At quid aliena cures que a te non pertinent. Aliena sunt enim potissime ea

scrutinija quorum diabolus inventor est vnde varro in sententijs. Nusq̄ deueniet qui tot sequit̄ calles. preterinittas igitur vana scrutinia artibusq̄ veris intendas sollicite quoq̄ doctorem audias frequenter legito. Nempe continuatio discipulum facit magistrum vnde. Pli. in epistola ad vrsum. Sicut faces ignem assidua concussione custodiunt dimissumq̄ egerrime reparāt sic et docentis calor et audientis intententa continuatio seruatur et remissione languescit.

Capitulum. xi. de habitudine et modo docendi.

Si in omnibus exigitur modus in hoc precipue tamen quod docere est. quia teste aristote. i. meths. Sapientis signum est posse docere. Si quis igitur se scire dicat et docere nequeas. dubius est sermo eius vt autem quis bene doceat expedit vt modum audiendi vtilem. ex quirat: eiusq̄ capacitatem etatem et sensum concernat nec instruere incipiat artes sed prius imbuat artes. Plures enim altarū scientiarum documenta quedam audierunt q̄ tamē artes ignorant: ideo vix ad plenum aliquid intelligunt. Docenti igitur assit instruendi forma. Unde palladius in li. i. de agricultura. pars [illegible] prudentie est: et cōsideres personam eius cui precepturus es: neq̄ enim informator aut istructor agricole debz artibus et eloquentia artes imitari. Nam stultū est rusticos peritissimū virorum alloqui stilo. Unde varro in sententijs lucidissimū genus docēdi est exemplorū subditio. Ex his ei ergo ꝯcluditur docēdi oportere habere modū. vt. s. audientis. cōsideret qualitas exēplorūq̄ conformitas nō ꝑtermittatur. Rursus doctori cōgruit eloquentē esse. Uerborū enī honesta abūdātia intentionē declarat loquētis quia teste sene. ad lucil. exēpla. xl. inopia verborū et exilitas minus intētū auditorē facit. Fortassis tū q̄nq̄ contingit vt verborū iopiā ignorantia causet. Nā teste oui. ij. tristiū q̄d minime nō erit dicere nemo potest. Nequis igitur docere ꝑsumat q̄d nescit. at tēdat q̄ turpe sit propriā ignorātiā suo sermone attestari. Pulchrū tamē et laudabile nimis id erudire quod scitur q̄ teste lactan. li. de vero cultu nichil tam preclarū homini conueniēsq̄ esse pōt. q̄ hoīes ad iustitiā erudire. Nā legere discentibus ꝓdest: sed viua vox magis et opus maxie. De voce etenī simachꝰ ait. Apertius est negotijs intimādis viue vocis indiciū. Et ouidius li. i. de fastis. Prospera lux oritur liguis animisq̄ fauere. nūc dicenda bono sunt bona verba die. Uerūtamen sufficit minime vt verbo quis doceat nisi opere istruat Hec ei optima sapientie via est opera sanis cōformare doctrinis. Unde prosper lib. epigram. Non satis est domini precepta euoluere lingua. nō meminit legis qui memor est operis O quot sūt doctores quorum opera doctrinis contradicunt. ideo sepe contennitur quod docent. Sed vtinam tam multi benefacerent q̄ bene loquūtur. vt optat lactā li. de vera religione. et in prouerbijs sapientium dicitur q̄ doctor turpis est q̄ in officio labitur. cuius vult esse magister. Et seneca. epl'a. xxiiij. ad lucil. hoc terpissimum est quod nobis obijci solet. verba nos philosophie non opera tractare. vnde catho. Que culpare soles ea tu ne feceris ipse. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum Plurimi tamen doctrinis insanis intendūt qui vitam brutalem ducunt: vt tangit aristo. i. ethi. Quos odio habuisse fertur quidam dictus pacuuius. vt ponit a. gelius et alimādus in chronicis De quibus lactantius. li. de falsa sapiētia. Quidam inquit sub obtentu philosophie vitia sua celantes domi faciūt ea que in scolis arguunt sicq̄ docent tātū

nec faciunt. ipsi preceptis suis pōdus detrahunt. Et ibidem turpe est ad philosophiam tendere. et sapientie opera non agere. talis enim vita nō vera: sed palliata est. Quomodo enim putabis veteres suis profuisse doctrinis nisi qz verbis et operibus docuerūt. Legimꝰ eī philosophū xenocratē suis doctrīs multos correxisse. Unde narrat valerius. li. vi. ꝙ cū polenius adolescens quidam luxuria ꝛ voluptate infamis esset nec non de tali infamia gaudiosꝰ. accidit vt quodam mane predicti philosophi scolas īgre deretur. quem cum xenocrates vidisset: pretermisso sue lectionis proposito de modestia ꝛ temperantia atqz continentia loqui cepit: et predicti animum a dissolutione vite euocauitqꝫ facere nequiisset: nisi opa doctrine cōformia exhibuisset. Nam teste sene. ad lucil. epistola. xxiiij. Turpe est aliud loqui et aliud sentire. His igitur sermonibus discant viri prudentes docendi formam. suosqz discipulos studiosos fieri suadeant non solū libros euoluendo: sed etiam mores componendo. Uerū quia vir deditus speculationi et qui libros amat a criminū feditate facillime abstinet ꝛ eam multoqz maiorē in studio complacentia inuenit ꝙ voluptas exhibere possit: inconsulta verū tamen quorumdā est doctrina ꝛ inmodesta. quorumdā. studiosa. Omnia eñī opera ꝙtumcunqz bona fuerint mensurā expetunt. nec decet laboribus aut studijs vires suas destruere quod faciunt ij qui sine requiej docent: legūt: vel studēt. Nā teste ouidio. ij. de arte amādi habēda est requies. Dat (inqt) requiem requie tꝰ ager bene credita: reddit. et Catho. Interpone tuis interdū gaudia curis. Unde tibull. Ite procul cure durum genus ite labores. Et marimianus. Intermissa minus sarcina pōdus habet. Et magister sylo. Ne grauat ille labor sub cuius pondere labor. Et ouidius ī epistolis. Quod caret alterna requie durabile nō est. Hec reparat vires fessaqz membra leuat. Itaqz labor inordinatus studiumqz non fastidium vires ampliat. vnde cassiodorus epistola. xxiij. Latet sub ocio laudabilis fortitudo. quia scilicet. gaudium inter positum forcificat animum.

Capitulū. xii. de vera philosophia eiusqz descriptione et vsu.



Era philosophia sapientie amor est. sed illa non est sapientia que stulta fieri suadet. cui uimo di est sapientia animalis et diabolica cuius docrina seductio est. Cuius amor non philosophia sed mortis via est. Queso igitur vt conspiciamus gentiles vera philosophia floruisse. Erubescant igitur christiani qui sapientiam pretermittunt: ꝛ si philosophie studio intendant solam querunt apparatus verbales et instructiones non exquirunt morales. Nam socrates et seneca sic studio sapiētie vacarunt ꝙ difficultatibus naturalium bonos mores premiserunt. Unde socrates ad corrigendos mores vniuersam philosophiam applicauit vt testatur august. viij. de ciui. dei capitulo. et hiero. contra iouinianum in suis epistolis. Unde hiero. epistola. vi. Quod inquit dauid extorsit de manu hostis gladium et golie caput proprio mucrone truncauit vt dicitur primo regum. Hoc siquidem philosophi proprijs dictis egerunt tanqꝫ dicat ꝙ philosophi suis documentis malos mores sic suppresserūt sicut dauid goliam gigantem suppresit. Dicamus igitur philosophorum sanam esse doctrinam: dummodo quedam superflua abradantur. vnde hiero. vbi supra quid inquit mirum si sapientia secularem ꝓpter venustatem eloquij ancillam israheleticam facere cupio. Nam quidquid in ea mortuum est idolatria vel voluptate prescindo vel ar-

do:et tunc ex ea vernaculos genero do mio deo sabaoth. Ibiq multa enumerat exempla de sacris doctoribus qui vsi sunt philosophia ad ecclesie vtilitatem. Illi igitur sileant qui veram philosophiam reprobant dicentes philosophorum dicta inutilia fore. Si michi enim non credunt. saltem hiero. credât Nullum enim inconueniens apparet cuiuscunq gentis dicta colligere z suo proposito rationabiliter applicare. vnde. seneca. epistola. l. Non mireris inquit ex eadem materia suis studijs quêq apta colligere. In eodem enim prato bos herbam querit canis leporem: cyconia lacertam. quasi diceret nullius doctrinam spernendam esse: quia sapiens in quolibet querit quod bonum ê: et ita proficit et reprobat quod malum est: et ita id tollit quod alios inficit.

Quamq igitur sacra eloquia quibuscunq philosophorum dictis stabiliora z merito laudabiliora sint: nullatenus tamen deprimenda. Unde ysaie. xxiij. Erubescit sydon ait mare sup quo verbo gregorius primo moralium in sidone inquit figuratur stabilitas positorû in lege: in mari autem vita gentilium. Erubesce igitur sydon ait mare: quia ex vita gêtilium redarguitur vita sub lege positorum. atq ex actione secularium confunditur actio religiosorum. Dum illi etiam promittendo nô seruât quod in preceptis audiunt: et isti viuêdo etiam ea custodiunt in quibus nequaq legalibus preceptis astriguntur iuxta illud roma. ij. Gentes enim q leges non habent que legis sunt faciunt. Que omnia ideo allegata sunt q dicta gentilium philosophorû non sût contemnenda: quia prodesse sepius inueniuntur. Et si mala intêtiôe aut causa laudis flagella tulerint: eorum exemplo redarguimur si propter eternâ felicitatê ea ferre côtendunus que pro terrena voluptate pertulerunt. In ipsis ergo eorum malis instruimur non q unitationem mereantur: sed quia potius ea propter deum facienda sunt que ipsi propter inanem gloriam et voluptatem peregerunt. Unde aug. v. de ciuita. dei ca. viij. Postq romanorû acta magnifica narrauit: concludit q si romani pro ciuitatis terrene gloria tanta fecerunt nos potius pro eterna. vnde crisosto. super matheum omelia. vij. ante finem. Excogitate inquit grecorû philosophorû acta et tunc scietis qto supplicio sumus digni eo q leges diuinas transgredimur. Quibus omnibus attentis patet quoniam philosophia doctrina vtilis est. Ipsáq reuelatam gentilibus philosophis referût plures vt tangit. aug. xviij. de ciui. dei. ca. xlviij. Nempe gentiles infideles gentiliû testimonijs alliciuntur quibus quemq scriptura sacra non egeat. illi tamen egent qui cum sint gentiles absq testimonijs gentilium conuerti recusât. Unde iulia. Apostata volens subuertere ecclesiam dei interdixit filijs galileorum poetarum atq philosophorum legere disciplinas. Nouerat etiâ in ipsis multa contineri legis testimonia. Concludimus itaq gentilium dicta in via vere sapientie prodesse.

Capitulum. xiii. de dignitate et vtilitate sapientie.

Vt sepe dictum est sapientia philosophie amor est cui vere philosophi inhesere runt. Eo q teste sene ad lucillum epistola. xciiij. A sapientia inqt nunq recedit religio iusticia et pietas. quia nullû puta bonum nisi quod honestum est que nec fortune nec hominis deleri potest muneribus: cuius hoc precium est non posse precio capi. O igitur quantus est sapientie amor: cuius studio nil occurrit preferêdû cuius adeptio nulli potest precio comparari. Ideo puer. vij. dr. Quid pdest stulto habere diuitias cum sapiêtiam

emere non possit. Reuera nil sapiã melius cuius verus amor philosophia ē. De qua tul. li. iij. de officijs. c. i. quid enī est per deos optabilius quid prestantius: quid melius quid homine dignius sapientia qua philosophi nominantur Non est inquit aliud philosophia preter studium sapientie: cuius nomē adipisci non merentur hi quorum stulta vita est. Unde olim non decebat aliquem philosophum appellari nisi vita viueret honesta. Unde a gel. lib. xvij. abhominabile iquit fuit apud philosophos nobiles ꝙ vita ignobiles siue degeneres appellarētur philosophi nec inmerito quia philosophi nomen sanctū est de quo loquens tul. in tusculanis questionibus lib. ij. ca. iij. philosophia inquit medetur animas inanes sollicitudines detrahit a cupiditatibus liberat pellit timores. Et sene. ad lucil. epistola. xvi. hec inquit quieta est et contemni non potest. quinimo apud pessimos honori est. Et augu. xxij. de ciuita. dei. ca. xxij. philosophia inquit vel sapientia est donum dei ꝛ auxilium contra miserias huius vite. De qua loquēs apuleius in. li. de deo socratis in fine hac iquit comitante omnia horrenda vlixes subijt: omnia aduersa superauit: ea qppe adiutrice remeauit ad inferos: sed ascendit: sylla nauigauit sed erept⁹ est: charibdin transiuit: nec detentus est. ad lotophagos accessit nec remansit: sirenes audiuit nec accessit. Nec enī aliud in eodem vlixe omer⁹ docet: nisi ꝙ semper ei comitem voluit esse prudentiam quam poetico ritu mineruam nūcupauit. Nunquid ergo sapientia amabilis est: que aduersis succurrere solet Reuera sic. Ipsius autem amor vt sepe diximus philosophia est. De qua tulli. in tusculanis questioni. libro. v. Philosophia inquit est vite dux: virtutum idagatrix: inuentrix legum. magistra morum et discipline. Nam ipsa est lex vite vt inquit sene. ad lucil. epistola. xcviij.

Ipsius ergo studium cōmendabile est: dummodo licito terminetur fine quia nihil prodest philosophari nisi finis sit adeptio vite beate. Unde refert augu. iij. li. sermo. sermone. lxxiij. de quodaꝫ philosopho iohanne. cui cum quereretur quare philosopharet: respondit ꝓpter vitam beatam: ꝛ querenti quando haberet illam Respondit cum hoc corpus reliquo in terram. Itaqꝫ finis philosophie vita honesta est per quam vita beata potest adipisci Ideo seneca epistola. xcij. in fine epistole scribe vt dū scribis: legas omnia ad mores et sedādam rabiem affectuū. Et illi ergo philosophi nuncupari non merentur quorum finis non est correctio morum. Unde policratus. lib. iij. ca. ix. loquens de philosophis sic ait. In ipsis iquit fuit imago virtutis et vtinam inueniatur ī nobis qui virtutis imaginem teneat. Quis vmbras virtutum induit quib⁹ videmus floruisse gentiles. Quis enī themistoclis diligentiam frōtonij grauitatem: continentiam socratis: fabricij fidem pudicitiam scipionis longanimitatem vlixis cathonis puritatem titi pietatem imitatur? Hi enim laudabiles viri quasi quedam seculorum suorum sidera splenduerunt illustrantes tēpora sua. Hec ille. quis ergo sapientiā amicam sibi non constituet ex quo laudem et oīm bonorum genera prestat.

Capitulum. xiiij. de famosis illustribusqꝫ philosophis qui sapientiam amauerunt.



Plurimi philosophi sapientie studio floruerunt inter quos septem precipui dicti sapientes extiterunt: vt tāgit augusti. xviij. de ciuita. dei. capitu. xx. quorum muneribus sublimata est ciuitas atheniensium quorum responsis tanꝙ celestibus oraculis totus orbis certificatus: et tanꝙ septem planetis non erraticis illustratus. Phi-

osophorum; tamen nomia queso et laudes specificemus. Refert enim a. gel. li. xxi. qd solun fuit vnus ex septem sapiētibus qui primus atheniensibus legem instituit. Et refert pompeius libro. ij. Athenienses loco legum libitum habebant: sed fuit solum vir insignis elect⁹ vt leges ciuitati propicia cōderet quod fecisse non dubitatur. Hic autem studiosissim⁹ extitit proximusqꝫ morti sapiētie indagini vacabat vt refert valeri⁹ libro. viij. ca. vij. Rursus veritatem dicere non timuit quē prout refert tullius libro de senectute. Phisistratus tyrān⁹ eum interrogauit. qua spe fretus tam audacter sibi responderet: respondit senectute. Quasi diceret pro dicenda veritate se paratum mori. Rursus anaxagoras sapientiam sic amauit: vt senatū ad eius contemplationē fateret. Qui etiam videns suas possessiones desert⁹ minime curauit: vt inquit valerius libro. viij. capitulo octauo mortemqꝫ cōtempsit. Unde sicut refert tullius tusculanarum questionum. lib. primo. Cuidam querenti ante mortem an in patria sua vellet deferri respōdit: nō ē necesse. Undiqꝫ enim ad inferos tantūdē vite est. Ceterum diogenis philosophi sapientiam legimus: qui ob eius amorē diuitias contempsit: vt refert hieronimus contra iouinianum omnibusqꝫ vēditis solum palliolum pro veste reseruauit: et in dolio volubili pro domicilio morabatur: vt tangit. iuue. li. primo satyra secunda. vnde gloriabatur qꝫ fuerat ex diuite factus pauper: nilqꝫ sibi deerat: quia nil desiderabat: iniurias quoqꝫ non timuit. Unde cum quidam adolescens faciem eius conspueret iratus non fuit: vt refert seneca libro tertio. de ira ante finem. Cumqꝫ etiam quidam dictus lentulus in faciem eius cōspuisset: loco vindicte suam faciem abstersit. Hic etiam mori non timuit. nec sepulture fastum quesiuit. Quinimo vt refert tulius in tusculanis questionib⁹ libro primo. moriens iussit se proijci inhumatum seu isepultum. Rursus commemoremus socratis laudes qui princeps fuit philosophie. et de celo eā euocauit et in nubibus colocauit vt inquit tullius: vt supra. Huic autem socrati comes fuit spiritus ipsum i multis seruiens: sicut ait apuleius qui pre libatū spiritum deum socratis credidit et ob hoc libro de deo socratis ititulauit. Hic autem socrates nil de se presumpsit: īmo se nicihil scire affirmauit vt ponit commentator super primo li. ethicorū. vite quoqꝫ sobriissime extitit: vt refert a. gel li⁹. libro. xxi. Patientissimus etiam fuit: vt refert seneca epistola. xvij. Exemplum inquit si desideratis accipere socratem senem per omnia aspera iactatum inuictum: quia scilicet in aduersitatibus patientissimus fuit. omnesqꝫ diuitias contempsit: vt inquit tullius. v. de tusculanis questionibus. Unde et pn̄ceps philosophorum meruit fieri: ydolaqꝫ venerari recusauit. Ūn tul. vbi supra tacito inquit de philosophis socrate contentus qui in contumelia deorū quercum et canē diligebat Sed et propter ea mortuus socrates: quia deos destruebat. vt refert boetius primo de cōsolatione. Et augustinus libro de vera religione. ca. i. ipsū cōmēdat: eo qꝫ p deos iurare contempsit. Unde refert cōmentator boetij qꝫ socrates vnicum deum professus est cuius nomine venenum sumptum sibi non nocuit: sed in nomine plurium deorum venenum sumere coactus mortuus est. Se d quis socratem docuit vnum deum profiteri nisi vera sapientia cuius amor extitit. suisqꝫ doctrinis complures sui temporis homines illustrauit: nec tirānorum minis territus est sed potius eodē vultu quo triginta tyrannos solus aliquando in

ordinem redegerat: eodē vultu carcerē intrauit nec enim poterat carcere videri in quo socrates erat vt refert senec. ad helinam. Et idē sene. li. de prouidentia post principiū. Socrates inquit illā potionē publice mixtā non aliudq̄ medicamentum īmortalitatis obduxit de morte disputauit. vsq; ad ipsam suamq; mortē presomniauit. vt refert tul. li. i. de diuinatiōe. sepulture quoq; culmē spreuit vt tāgit tul. in tusculanis questioni. li. i. ante finem Ceterū platonis philophi laudes quasi diuini non pretermittamus quē multi refferunt nō aliter nisi de partu virginis editū. vt refert anaxilides li. iij. philosophie. Cuius narratio licet falsa sit. Platonis tamen laudes ascribit de quo etiam narrat tuli⁹ li. i. de diuinationibus q cum in cūctis paruulus dormiret. apes in suis labiolis considebat sueq; future facundie signū fuisse responsū est. cuius etiam petrus matri eius ex quadam diuina reuelatione intimatus est habet in li. qui dicitur de sua. Hic etiam plato egiptū partesq; italie transcurrit. vt philosophie doctrinam adipisceretur. Unde ad tantam eminentiam philosopie suo ingenio atq; studio peruenit vt tam antecessoribus q̄ etiam successoribus philosophis imperare visus sit: vt refert policra. li. vij. ca. v. Unde cicero platonē vocauit deum philosophorum vt refert augu. cōtra iuli. li. i. ca. iiij. ante finem. Hic etiam plato libidinū atq; cōcupiscentiarum sectas fugauit: ⁊ ab vrbe recedens villam achademie pro studio philosophie elegit. et de morte cogitans nullam complacentiam in mundo constituit. Unde philosophiam meditationē mortis dixit vt refert macrobius li. saturnalium. hunc etiam platonem ceteris philosophis augu. prefert viij. de ci. ca. viij. Et idem augu. in li. cōfessionum fatetur se legisse in libris platonis principium euangelij iohan. vbi habetur. In principio erat verbū: ⁊ xbū erat apud deū. Hūc etiā platonem innumerabiles historie commendant eiusq; doctrina legitur laudib⁹ digna. nam meditationibus sapientie: ita inhesit: vt cogitando ⁊ meditādo moreretur et ipsum ad deos translatum esse fertur anno vite sue. lxxxi. De cuius obitu refert policra libro vi. q sol e celo vis⁹ est cecidisse eo die quo philosophorū princeps plato rebus excessit humanis. Rursus aristotelis eius discipuli sūmiq; philosophi laudes trāscurram⁹ qui cū iuuenis esset doctrinā eloquētie docebat. vt habetur in cōmentis omeri. ⁊ cū factus esset. xvij. annorū philosophari athenis accessit. ⁊ cum socrate trib⁹ annis moratus. Et socrate mortuo platoni. xx. annis adhesit. Post mortem vero platonis vixit. xxiij. annis in quibus partim docuit alexandrum et in parte libros cōposuit. cuius consilio fuit alexander doctus qui post modū toti orbi imperauit. De quo aristotele loquens augustin⁹. viij. de ciui. dei. ca. ij. Aristoteles inquit platonis discipulus vir excellentis īgenij sectā peripateticam cōdidit. Et tul. libro. i. de diuinatione. ca. ij. Aristoteles inquit singulari et pene diuino ingenio floruit. fuitq; vite moderate et voluptates respuebat respuēdasq; dicebat vt inquit vale. li. xli. c. vij. Hunc etiam egregium philosophium nuncupat auicēna libro. iij. sue metha. ca. v. ⁊ principem philosophorum raby moises ipsum appellat. Ceterum alij philosophi fama grādi et nomine floruerūt sed xenocrates mundi contemptor diuitiarumq; spretor Nam alexandri munera repulit vt refert tul. in tuscul. qōnibus li. vi Floruit etiam phedran socraticus qui librum de īmortalitate edidit vt refert. gel. li. iij. Floruerūt apuleius pseusippus virtutis ingenio quoq; grandi. Theofrastus quoq; aristotelis discipul⁹ plurimos scripsisse libros fertur. Pithagoras quoq; sapientie studio totam sollicitudinem su

am exhibuit qui cum iterrogaretur: an sapiens esset. respondit quod non sapiens: sed sapiētie amator extiterit. itaqꝫ hoc nomen philosophus ex tunc manauit. vt ponit tul. in tusculanis questiōibus lib. quint. Nam philosophus amator sapientie interpretatur. Hic etiam pithagoras musicam adinuenisse fert: vt ponit macrobi⁹ libro .ij. post principium. Rurs⁹ chardeades fuit vehemētissimi studij: vt ponit valeri⁹ libro viij cap. vij. Et demosthenes industriosus extitit: et eloquentia perfloruit. Isocrates quoqꝫ democrit⁹ et ipocra. sapientie studio viguerunt: vt tangit a gel. lib. ij Rursus zenon constantia atqꝫ moderātia et taurus patientia totiusqꝫ magnanimitate philosophi illustres floruerunt. Rursus laudes inumerabiles de macro. tullio: de chilone: de seneca: de plinio: que scribi possent quorum laudibus breuitatis causa pretermissis concludamus philosophos illustres dono sapientie quā dilexerunt extitisse.

Capitulū. xv. de studiis atqꝫ sectis philosophorum.

Philosophorum varie secte diuersaqꝫ studia commemorant. Unū int sectas famosasquedam peripatetica dicta est quam aristoteles condidit.

Alia aūt secta philosophoꝝ dicta fuit stoicorū cui⁹ priceps fuit zeno ꝛ crisippus: vt dicit a gel. ꝛ recitat aug. ix. de ciui. dei. cap. iiij. Et seneca ad elbiam. dicit ꝙ a zenone incepit rigida et virilis stoicorū sapientia: ꝛ apud istos dolor dicebatur idifferens et non malum. Dicebant enim ꝙ passiones nō cadūt i sapiente. Et teste tul. li. iij. de officijs ca. i. dicebāt sapientes esse amicos sapientibus et nichil esse amabilius virtute. vt pōit tul. li. i. de natura deoꝝ. Dicebant etiā omnes isciētes isanire: vt pōit tul. i tuscu. qōnib⁹. li. iiij. Ceterū alia fuit secta achademicoꝝ ꝗ dicti sūt ab achademia ciuitate. quā pla. ꝓ studio elegerat: ꝛ ex ꝙ oriūd⁹ erat ꝗ de singulis dubitabāt nilqꝫ affirmabāt certū ꝗrū opinionē videt cō firmasse eraclit⁹. Uerūtn̄ i hoc defecerūt qꝛ nil certū crediderūt: qꝛ saltē apud eos certū erat nil certū esse. ꝑut arguit aug. In plurimis tamē sciētijs ꝛ ꝟtutib⁹. hui⁹ secte philosophi claruerūt licet in predicta opinione defecerunt. Insuper alia fuit epicurio athemēse ꝗ posuit volnptatē eē sūmum bonū vt ponit gel. li. xiiij.

Ponit etiam duo esse bona scilicet corpus sine dolore et animū sine perturbatione: vt ponit seneca epistola. lxvij. ad lucilum. Huiusmodi autem secta si felicitatem in voluptate carnis posuerat reprobanda est. si autem in voluptate mentis supportanda est. Et ita posuisse epicurum seneca arbitratur. libro de constātia sapiētis et libro. iiij. de beneficijs. ca. ij. vbi declarat epicurorum felicitatem in voluptate mentis credidisse. His igitur narrationibus aperte ostenditur multiplicem fuisse philosophorum sectam oium tamen finis fuit attingere sapiam. et licet ad diuinā nō puenerit humano tn̄ igenio artibus inuentionibusqꝫ humanis intēderūt: appropriantes grammaticam lune: logicam soli: rethoricam veneri: arithmeticam marti musicam ioui: geometriam saturno: astronomiam aliaqꝫ scrutinia alijs cōscripserunt. Horū insup quedā famosa studia commemorātur que olī a principibus studiosis exordium acceperunt Utinam ab indoctis principib⁹ casū hēre nō incipiant. vnde alexander nequam lib. de naturis reruꝫ cōmemoranda antiqua tempora sic ait. O felicia antiquorum tpa quibus ipi imperatores mundum: substantes seipsos philosophie dederunt vt alexander: iulius tholomeus. qui furunt viri studi=

osi. et subdit cuiuslibz regni gloria cre uit in imensum q̄diu artium floruerūt studia. victoria enim militie et gloria philosophie quasi simul concurrunt. Nam ex quo greci romaniqꝫ studia ꝑdiderunt ex tunc semper deciderūt. Un̄ de regnantibus atheniensibus miner-ua id est sapientia colebatur: vt refert augu. xviij. de ci. dei. Numerus ergo q̄ philosophorum famosa studia fuerūt vt cum historiographis tria dicamus fuisse ceteris solenniora studia quorūz primū atheniēse: scdm romanum: ꝛ tertium parisiense. De studio aūt atheniēsi refertur ꝙ sollēnissimū extitit. Et de ciuitate athenarum q̄ liberalium artiū atqꝫ philosophorum nutrix fuit. Unde hieron. prelibatam ciuitatem commendat dicens studio aptissimam fuisse. ꝑmoqꝫ leges tradidit: aliisqꝫ ciuitatibꝰ i ira transmisit. In qua fuit dionisius christiane religiōis doctor eximius. Huius autem studij scilicet atheniēsis introitus solis patiētibus ꝑmittebat. Unde ad portam ciuitatis sedebat senex ad obiurgandum volentes intrare et si videbat signa impatientie repellebantur: si autem patientie admittebat. Aliud autē studium scꝫ scdm dictum romanum in quo floruit oraculum gentis philosophorum. Ibiqꝫ refulserunt iulius cesar: catho: virgilius: tulius. Nā de iulio ꝙ floruit ꝑ libro de vita cesaris. De cathone: narrat solinus. Ibiqꝫ docuit rethoricam augusti. vt ipsemet fatetur. lib. quint. confessionum. Ceterum aliud studium et tertium dicendū est parisiense; quod florere cepit tempore karoli magni quod quidez studium alcuinꝰ de roma ꝑtulit. huiusqꝫ studij quatuor fuerūt fundatores scilicet Rabanꝰ: Alcuinus: Claudius; et Johānes scotus. Et prout narratur in chronicis metropoli. aurelatentium tempore karoli magni: duo mōachi scoti cū mercatoribus ad franciam accesserunt et interogabant si quis sapientiam emere vellet. Ob hoc plurimi stultos ipsos putabant: Nichilominus tamen hec verba ad regem peruenerūt: quibus adductis interrogauit an sapiētiam haberent quam vendere vellēt qui respōderūt ꝙ sic. Quibꝰ rex: quid pro ea vultis? Qui respoderunt tria petimus: locum oportunum: discipulos ingeniosos: et victum cum vestitu. Quibꝰ concessis studium parisiense inceptum et ex tunc dilatum est. Tunc vero temporis quoddam castrum dictum iscos: sic dictum a nomine cuiusdam dee dicte isis que ibi colebatur: quod castrū meldunum nunc vocatur: et inde parisius nomen accepit quia dicitur parisius q̄si pariscos: Nam in hoc par erat quia supra secanam quemadmodum meldunum sit. De hac ciuitate parisiensi loquitur boetius. primo. de disciplina scholorium. In ciuitate inquit iulij quod parisius dicebatur multas artes mendicare prosperimus. vbi ait expositor ꝙ iulius cesar ampliauit parisiꝰ sed non fundauit.

Capitulum. xvi. quomō magice artes sūt ĩutiles ꝛ reꝓbādē



Magice artes non sūt nisi seductiones et ad inuentiones diaboli: et ideo inter numerum scientiarum non debent situari: sed potius resecari debent tanquam herbe male nullatenus seminare in agro vere sapientie. Solent autem artes magice nominari septem. Quedam enim dicit geomanica cuiꝰ diuinatio fit in terra: geos enim idem est qđ terra ꝛmantia diuinatio nuncupatur. Secunda dicitur hidromantia: ab hidros quod est aqua: quia eius diuinatio in qua fieri solet. Tertia dicitur aeromantia cuius diuinatio in aere fiat. Quarta dicitur pyromātia id ē fit in igne. Nam pyr idem est quod ignis Quinta dicitur chiromantia cuius

diuinatia solet fieri in manibus. Nam chyr idem est q manus. Sexta dicitur aromantica cuius diuinatio solet fieri in scapulus bestiarum nā armis scapula est. Septima dicitur nigromātia cuius diuinatio solet fieri cum inuocationibus demonum qui nigri comparatione dicuntur. Harū autem artiū magicarū tanta est superstitiositas vt non solum veritatem non contineāt quin īmo solum mendatijs replete sūt nec solum male sunt qz prohibite immo potius ideo prohibite qz pessime et vsquequaqz friuole sunt. Uerum qz taliū artium amatores hec dicta volutaria reputarēt nisi oratione aliquali ostenderent. Inquiram⁹ ergo an aliqua ī pdictis artibus veritas cōtineatur ꝛ rōnibus respōdeam⁹ eorum in qua opiari videntur. Scrutāde igitur dubietatis huius veritatē: catholice profiteri habem⁹ predictas artes et quascūqz similes friuolas ꝛ inutiles. falsidicas omnino existere. ipārumqz studiū nulli sapienti cōgruere. Unde leuiti. xix. precipiendo dicitur. Ne declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid sciscitemini. Unde Saul abstulit magos et ariolos de terra ꝛ interfecit eos q phitones habebant in ventre. vt dicitur. i. regū. xviij. Postmodū tamē cōsiliū a muliere phitonissa accepit et non sperauit in domino ideo interfecit eum dñs ꝛ transtulit regnum eius: vt dicitur. i. paralipo. x. [illegible] et manasses a dño punitus fuit eo q somnia et auguria obseruauit. magos quoqz et incantatores habuit. vt patet. ij. paralido. xxxiij. vnde eccle. xxxiiij. dr q diuinatio erroris et auguria mēdacia ꝛ somnia malefaciētiū vanitas est. Et zacharie. x. dicitur q diuini viderunt mendatiū somniatores loquuti sunt frustra. Sed restat vt rationibus obijcientiū respondeam⁹. Quis enim dicere posset q cum demonibus loqui peccatum non esset: quia et hoc fecisse christum legimus: vt patet mathei quinto vbi habetur q christus demonem interrogauit dicens ei. Quod est nomen tuum. Qui respondit egio muli enī sumus. Si ergo nigromantia cum demonibus loqui doceat hoc prohibendum non apparet. Huic autē ambiguitati fas est respondere. Dicendo q demonem interrogare nigromantia non est: sed sortem aut spem constituere in demōibus superstitiosum ē quod christum fecisse absit vt credamus. ait enim vade retro sathana. Huic autem responsioni alludit beda matthe. viij. Rursus diuinationes quedam astruunt veridicas. Nam saul īterrogauit de euentu futuri belli ꝛ a muliere habēte spirituū phitonicū respōsū fuit illud quod postmodum accidit vt patet. i. regū. xviij. Uidentur ergo diuinationes veritatem continere quod absit. Nam demones qñqz vera predicunt sed subtilissimus ille mendax ideo vera quandoqz profert vt suis mendacijs aggreget fautores nam mētitus si semper fuisset quis ei crederet nullus Nimirum ergo si dinatores quandoqz verum dixisse legamus hoc tamen ī se non habet ars magica aliqua sed dyabolica astutia vera quandoqz propinat vt ad superstitiosam credulitatem homines alliciat vnde augustinus libro de do. chistia. Concludit q omnes tales artes ordinantur ad malū finem vt puta ad deceptionē et idolatrie speciē Sed qd dicem⁹ de ioseph q augurari solebat de cipho q positus fuit ī sacco beniamin vt patet genesi. xliiij. Uidet ergo q augurari non sit illicitum. Hic dicimus q ioseph tātum modo se diuinatorem fingebat vt suis fratribus terrorem induceret omnes enim suos fratres cognoscebat. et tamē per augurium ipsosqz se nō cognoscere simulabat Rursus quid dicemus quoniā in auib⁹ auguria quedam fieri creduntur. Unde hiere. viij. dicit q miluus in celo cognouit tempus suum. Refert etiam eu

tropius quomodo romulus a vulturibus suum futurum imperium didicit et karolus magnus hoc idē auium vociferatu accepit. His vero non obstātibus auguria vana sunt. Auium tamen nature multe sunt et temporum varietatem quandoq designant nec diuinatio est temporisqualitatem ab auibus accipere. Quinimo vera philosophia est: sed superstitioni veritatem adhibere vanitas et superstitio est. Ministerio tamen diuino aut fortassis diabolico iuuamine multa miranda cum auibus fieri potuerūt. Nulla est tñ i auguriis adhibenda veritas: nisi ꝙtū ex rerū naturis tpis cōmunes passiōes accipi possunt. Et hoc est qd credimus hieremiā de miluo dixisse velle. Rursꝰ qd dicemus qr narrat iosephus. ix. li. antiqtatis iudaice qualiter de īstructiōe ciuitatis hierusalē quidā exorcista iudeorū mediantibus herbis quibusdam et aliquibus carateribus quendam demoniacum a demone liberauit: et hoc factū fuisse coram tito et vespasiano refert. Potestas etiam hoc faciendi erat exorcistarum iudeorum prout affirmabat: et in signum expulsionis demonis ponebant peluim aqua plenum: et demon exiens subuertebat: eius autem subuersio suum exitum designabat. Albertus etiam de mirabilibus multa mirabilia refert facta in partibus germanie mediantibus caracteribus impressis in lapidibus preciosis Ex quibus narrationibus videtur fortem merito posse poni in hisque per diuinationem fiūt. Nichilominus tamen oportet vt dicamus nullam in istis virtutem existere. negare tamen non possumꝰ mirabilia ꝙ plurima mediantibus herbis et lapidibus facta fuisse. talium autem virtus non magica sed naturalis est. De caracteribus autem dicemus nullam virtutem ipos habuisse: sed omnia que facta sūt aut ex virtute officij: aut ex fraude demonis peracta fuisse credere libet.

Uirtus autē officij hec potuit esse quia exorciste etiam veteris legis sub vocationis et dignitatis ratione quedā agere potuerūt: et sicut de nostris accolitis dicimus: sic fortassis super demones aliqualem et forsitan magnam potestatem habuerunt Ceterum quid dicemꝰ de arte notoria que artem magicam sētire videtur. Plures ei ipsā asserūt validam: veracē: et efficacē. Huius aūt artis libellos duos vidi michi alieno motu exhibitos: quorū vnus incipit. ego sū alpha et o. cuius cōpositor tholomeus credit. Aliꝰ vero incipit. Aue gr̄a plena: cuius iuentor iohannes monachus carnotensis refertur. quorū librorū volumina prima facie grata apparebant et diuinationibꝫ ꝙ plurimi fauere videbātur: pluribusq testimonijs predictorūꝫ compositorum quilibet suum intētum astruebat. Quid ergo dicemus numqd arti notorie prebebimus fauorem etiā diuinationis aspernando. Hoc nequaꝙ: qr magicis artibus atq diuinationibus ars notoria valde et nimis vicina est. Sed restat vt satisfaciamus predictis testimonijs. Ipsis autem satisfacere facile est. sibi enim mutuo contradicentes seipsos interimunt. Nam iohannes monachus carno. artem tholomei repudiat et omnino calumniari nititur. eo ꝙ verba quedam occulta i arte tholomei inseruntur: quibus vt affirmat: diaboli inuocantur. Sed mirum vt ipse iohannes hoc dicere non vereatur. viso ꝙ sue artis fabulosum compendium eundem continere defectum inuenitur verbis quoq extraneis et occultis vt eis potius decipere ꝙ instruere videtur: et scientiarum infusionem sub tali forma deposcit: vt narrare non nisi delusio sit. Huius ergo artis compositores sibi contradicunt et hoc ideo est: qr ex regno diaboli sunt. omne autē regnum in se diuisum desolabitur. Nunquid etiam sciētia dei donum est: dicēte apostolo. i. corint. xij. Hec inquit oīa


operatur vnus atq3 idē spūs sc3 sāctus
diuidēs singulis ꝓut vult. Stultum est
ergo arbitrari sciētiā acq̄rere posse di
uinū deserendo cultum. Nam augu. x.
de ci. dei allegat prophirium fatentem
⁊ dicentē q̄ ab operationibus demonū
non consurgit purgatio anime nec ido
neitas intellectus. nam soli deo conue
nit scientias infundere. Sic enī legim⁹
salomonis sapiētiā a dn̄o infusam fuis
se vt dicitur. iij. reg. ij. et. ij. paralipo. i.
Similiter etiam fuit īfusa ī apostolis
Vn̄ luce. xxi. Ego inq̄t dabo vobis os
et sapientiam cui non poterunt resiste
re aduersarij vestri. Adhuc restat vt di
camus cur demones non possint sciēti
as infundere cum possint corpora trās
mutare vt inquit aug. li. i. de trini. Hic
dicimus demones multa reuelare pos
se: deo permittente q̄tum tamen in eis
est semper decipere petūt. Ab ipsis er=
go si aliquod bonum procedat non ip=
soꝝ sed dei donum est. Quis ergo tam
amens vt deo spreto: pro scientijs dya
bolum imploret? Omnia eteni dei sūt.
Unde augustinus. xxi. de ciui. alliciun=
tur inquit demones per creatura quas
non ipsi sed deus condidit. Si ergo de
us condidit omnia: quis alium inuoca
bit? Fortassis dices q̄ ars notoria dya
bolum inuocare non precipit: sed poti=
us ieiunijs ⁊ oratiōibus vacare iubet.
Hec aūt nunquid honesta ⁊ bona sunt
Dicimus quoniam ieiunare ⁊ orare. q̄
tum ex se bona opera sunt: dummodo
finem bonum pretendant: sed finis ille
non bonus est: quando quis suis operi
bus sortem adhibet: credens cerimoni
as huius virtutis existere vt scientias
in momento acquirat. non sufficit ergo
vt bona opera videantur: sed congruit
vt bono innitantur fini. Unde aug. li. i.
de doctrina christiana: cerimonias ma
gicas malas asserit q̄tumcūq3 bone vi
deantur: quia malo innituntur fini. Eā
dem sententiam tangit chrisosto. super
methe. Adhuc restat vt de somnijs iud
ramus an scilicet reuelationē aliquam
inuenire videantur. Plures enī dicunt
omne somnium aliquid designare futu
rum vel venturum. Et ad hoc roboran
dum quedam possūt allegari. Nam ge
deon qui positus est in numero sancto
rum vt patet hebr. xi. ipse credidit in=
terpretationi somnioꝝ vt patet iudich.
vij. Joseph quoq3 interpretatus fuit sō
nium pharonis vt habetur genesis. xl.
Et daniel interpretatus fuit somnium
regis babilonie: vt apparet danielis.
ij. et. iiij. Auerozis etiam super libro de
somno et vigilia dicit sōnia esse ab an
gelis. Nūquid igitur somnia quedam
sunt futurorum signa et fere quedam
presagia? Ex predictis sic apparet. sed
obstat illud deutro. xviij. non iuenietur
in te qui obseruet somnia Et catho ait
Somnia ne cures. Huius autem cōtro
uersie enodatio talis est. Dicimus enī
q̄ somnia quandoq3 sunt signa futuro
rum eo q̄ quandoq3 causātur iuxta dis
positiones corporis vel temporis. Un
de alber. magnus super. li. de somno ⁊
vig. narrat qualiter quidā somniauit
semel q̄ pix nigra fūdabatur super pe=
ctus suum et in crastinum coleram ni=
gram emisit: qua mobrez idem albert⁹
cum aristotele concludit q̄ medicis ꝓ
dest de somnijs interrogare: quia quan
doq3 sūt signa qualitatis corporis. hoc
autem modo somnia interpretare non
superstitiosum: sed rationabile est. A=
lio vero modo cōtingit interpretari sō
nia secundum diuinam reuelationem
iuxta illud numeri. xij. Si quis fuerit
inter vos propheta domini: apparebo
ei: vel per somnia loquar ad illum Hoc
enim modo somnia iterpretari magnū
et laudabile est: sed non omnibus con=
cessum. Hoc autem modo ioseph et da
niel vt pie creditur somnia interpreta=
ti fuerunt. Si quis autem somnia iter
pretetur secundum voluntariam conie
cturam aut superstitiosam adhesionē
seu demonꝝ suggestionem: talis inter

pretatio friuola ⁊ vana est: et a religione christiana recedit. His ergo rationibus cõcludamus somnie diuinationes artesq; magicas nullius existere vtilitatis. quamobrem merito reprobãtur i decreto. xxvi. q. ij. et. v. Et deuterono. xviij. d' citur non sit qui phitones cõsulat neq; diuinos. Ex q̃bꝫ omnibus ꝯcluditur predictũ ꝓbleuma siue ꝓuerbiũ.

¶ Sophologij liber primus finit.

¶ Sophologij liber secundus qui est de inuentione sciẽtiarum: feliciter icipit.

¶ Capitulum primum de grammatica et eius inuentoribus.



Rãmatice exordium i uẽtoresq; narrare expedit. Ad cuiꝰ euidentiã aduertẽduꝫ ꝙ grãmatica dr̃ a grãma lr̃a ⁊ icos scientia: q̃ ẽ scĩtia de litteris et ꝯsequenter de idiomatibus. Unde aduertendũ ꝙ grãmatica docet idioma congruũ et artificio sũ cõmune nationibꝫ multis que diuise q̃tũ ad linguagia propria olim fuerũt. Unde aũt processit linguarũ diuisio satis patet ex lib. genesi. Isidorꝰ etiam. li. ix. ethimo. narrat diuersitatem lĩguarũ exortã fuisse ex edificatiõe turris babilonice. Nã quidam nẽroth dictꝰ superbia tumescens: vt populo dñaretur secretaq; dei audire posset: turrĩ altissimã cõstruxit: sed occasione superbie eius linguas diuisisse creditur deꝰ. prius enĩ lingua vnica erat. Idiomatũ vero multitudo secũdũ aliquos numerata est numero filiorũ qui processerũt a filijs noe. Sciendum igitur ꝙ a filijs noe processerunt gẽtes septuagita tres vel secundum alias septuaginta due scilicet ab ipso sem. xxvij. ab ipso cham xxxi. et ab ipso iaphet. xv. et totidẽ lingue diuidi ceperunt. Aduertendum tamen ꝙ tres sunt lingue principaliores ceterisq; excellentiores. scilicet hebrea greca: et latina. Inter quas liguas prima fuit hebrea oĩm linguarum mater nuncupata. Utũtur aũt hebrei. xxij. litteris quarũ inuentor creditur moyses Siroꝝ aũt et caldeorũ littere credũtur ab abraham inuente fuisse. Hebreorũ autẽ et caldeoꝝ ⁊ siroꝝ littere in numero et sono concordant solis autẽ caracteribus ⁊ figuris discordant. Egptiorũ vero litteras isis regina ynachi filia de grecia veniens in egiptum repperit et egiptijs tradidit. Uerũq; egiptij differentes habent litteras quasdã scilicet pro vulgo et quasdã pro sacerdotibus. Secunda lingua principalis dicitur greca. Litterarum autem priarum grecarum vsum primuꝫ phenices repperant: vt tradit lucanus. Sed cadmus agenoris natus grecas primus i greciam attulit. scilicet. xvij. et postmodum alie littere addite fuerunt. Nam palamedes de bello troiano rediens tres addidit et simonides postmodum tres adiunxit et tandem pithagoras samius y grecam prius formauit vt tradit persius. habent autem greci litteras quinq; misticas: quarum vna dicitur thita que mortem designat. Nam habet per medium sui telum seu lineam que signum mortis est. Unde iudices olim illam litteram apponebãt nominibus illorum quos affligi volebãt. Secunda littera mistica dicitur y grecum que designat vitam humanam eo ꝙ semper tendit ad natiuitatem mere vite humane. Tertia littera mistica dicitur thau. que figuram habet dominice crucis de qua dictum est in ezechiele ad angelum: transi per medium hierusalem: et signa thau in frontibus virorum gementium et dolentium. Rursum alie due sunt mistice scilicet prima que dicitur o. Et istas duas sibi vendicat christus iuxta illud apoca. i. Ego sũ alpha ⁊ o principium et finis. Omnes autem littere apud grecos verba componunt et numeros faciũt. nam alpha significat vnuꝫ. vitha duo. gamma tria.

delta quattuor ⁊ sic de aliis. Notādum
etiam ꝙ omnes littere grece incipiunt
noīa sua a propria voce quam habent
et desinunt in vocalem vt deltha vitha
⁊ sic de aliis. Aduertendū etiam ꝙ gre=
ci non habent litteram b quinimo ⁊ eiꝰ
loco habēt litteram que dicitur vitha.
Uerum qꝛ latini proferunt b ipsam vo
cāt betha: sed greci talem litteram nun
ꝙ ꝓferunt. quia strictis labiis nil con=
sueuerūt proferre: laxis labiis ⁊ dentibꝰ
omīa proferunt. et hoc modo littera b
non potest proferri. quinimo sonus lit
tere b nisi stringātur labia mutat̄ sonū
littere u cōsonātis. Ulterius notandū
ꝙ alpha de se apud grecos est. prima vo
calis: et tantum valet quātum a: sed si
iungatur quibusdam vocalibꝰ tūc mu=
tat sonum et fit dipthongus: ⁊ similiter
dicendum est de epenthe littera ⁊ de io=
tha ⁊ de omicron que oēs tres mutant
sonum suum quando quibusdam adiun
guntur. v vero quinta vocalis apud gre
cos dicitur pura dipthongus nec solet
scribi nisi adiungatur sibi omicron et
hybsilon. Rursus sciendum ꝙ iste quat
tuor littere thita phi chi psi nō habent̄
apud latinos: sed loco ipsarum plures
litteras scribimus. Nam pro thita scri
bimꝰ th. pro psi. scribimus ps. pro phi.
scribimus ph. ⁊ pro chi. ch. Uerum gre=
ci etiam carent aliquibus litteris lati=
nis. qꝛ non habent c nec q sed loco ipsa
[illegible] scribunt litteram kappa. Notan=
[illegible] littera dicta epente hoc
nomen apud grecos accepit. eo quintū
locum tenet in alphabeto ipsorum ⁊ eū
dem locum in alphabeto nostro accepit i
nam pente grece idem est ꝙ quinqꝫ lati
ne. Ulterius est notandum ꝙ greci ha=
bent duo i quorum vnum dicitur itha et
aliud iotha. ⁊ habent sonum satis con=
formen. In hoc tamen differunt. qꝛ ita
est dipthongus: et iotha est pura voca=
lis et breuis. Habent etiā greci duplex
o: quorū vnum dicitur omicron ⁊ aliud
omega: ⁊ habent eundem sonum. Diffe
runt tamen in hoc ꝙ omicrom est pura
vocalis ⁊ omega est dipthongus. vnde
omicron id est paruum o ⁊ omega id est
magnum O. Rursus principaliter ad
uertamus ꝙ tertia lingua principalis
dicit̄ latina quā plures dicunt esse qua
druplicem. Quedam enim est prisca. q̄
dam romana: quedam mixta: ⁊ quedaꝫ
perfecta. Omnes tamen sūt vna lingua
sed a modo pronunciandi talis differē=
tia orta est. Nam diuerse natiōes diuer
simode pronunciant esto etiam ꝙ eandē
linguam habeant. Sic enim dicimus ꝙ
gentes orientales communiter verba
formant in gutture sicut hebrei ⁊ syri.
occidentales autē formant in dentibꝰ
vt italici et hyspani. Gentes autem me
diterranee verba formāt palato vt gre
ci ⁊ asiani. Ex tali ergo varietate pro=
nunciandi differentia predicta oriri po
tuit. Sed inquiramus quis litteras la
tinas inuenit. Refert isidorus qui quo
ad ista narratur maximus ꝙ nympha
carmentis litteras latinas primo tra=
didit italicis. que carmentis alio nomi
ne vocatur nicostrates. Uerum. xvij.
litteras solū exhibuit: postmodū vero
alie littere addite sunt. Unde prime lit
tere. xvij. fuerunt iste a b c d e f g i l m n
o p r s t u. postmodum autē h littera ꝓ
nota aspirationis addita est. vñ ꝓprie
nō est littera sed aspirationis nota vo=
catur. Litteram etiam q latini in pro=
cessu temporis inuenerunt loco cuius
veteres scribebant. c. Hāc autē litterā
scilicet q non habēt hebrei nec greci sꝫ
soli latini. Rursus salustius ludi magi
ster primus litterā k adīuenit. loco cuiꝰ
veteres scribebant c ⁊ q. ⁊ superuacua a
quibusdā nominant̄. Insuꝑ ex tēpore
augusti. x. littera adiūcta ē. Et postrēo
tpe eiusdem augu. latini a grecis duas
litteras mutuauerūt scꝫ y grecū ⁊ ꝫ pro
pter nomia greca melius scribēda. priꝰ
autem loco ꝫ scribebant duas ss et loco
ipsius y greci: scribebant i latinum.
Omnibusqꝫ cōputatis ex. xxiij. litteris

alphabetum latinorum constare digno scitur. Rursus grammatice inuẽtores enarremus. Nuper enim legi in quadã choronica et marciniana: latinum fuisse inuentum a quodam rege romanorũ qui nominabat laltin⁹ :et exinde latinũ tale nomen accepit. Nostre vero grammatice plures fuerunt: precipui scriptores sicut donatus priscianus et alij ꝙ plurimi. Inter quos potest numerari ennius qui metra composuit primus cui successerunt anatheton saphos archilocus simonides calphonicus asclepius virgilius ouidius oratius emer⁹ phetides: vt tradit terentine. Ceterum refert isidorus ꝙ homines primit⁹ scriserunt super folijs maluarum ⁊ hoc narrat catulius. Postmodum autem greci cum stilo ferreo incerta scribere receperunt. ⁊ exinde romani cum stilo osse scripserunt. Unde. in satyra quadam romana dicitur vertamus vomeres in cera mucroneꝗ aremus ossio. postea vero ciues ciuitatis nephitis chartas papireas inuenerunt. Unde lucanus. Cõficit bibulo nẽphitis charta papire ⁊ ꝑ temporum successum reges ꝑgamenorum vsum pegameni primo docuerunt. Unde pergamenum ita vocatum est. Et postremo romani menbranis politissimis primo vsi fuerunt. Ceterum apud romanos emilius primus libros composuit: et marcus varro grandem bibliothecam primitus condidit. Sʒ pollio bibliothecas rome prius publicauit et deinde galterus et omerus greci scribere ceperunt quibus marcus terentius et varro latini successerunt.

Capitulum .ii. de logica et eius inuentoribus



Teste isido. ii. ethimo. Logica est rationalis scientia in qua disputur quemadmodum in causis aut vite moribus veritas ipsa querat. Et dicit logica a logos qđ est sermo: eo ꝙ circa sermonem ratiocinantem versatur. Alio nomine etiam dialetica nominatur eo ꝙ disputatio ex duorum sermone conficitur. Hanc autem scientiam primus inuenit Plato. qui floruit cathegorijs. Postmodum ei⁹ discipul⁹ porphirius floruit. Hysagogis et Boetius sophismatibus argutijsꝗ enigmatibus. Aristoteles quoꝗ libros quamplurimos scripsit de hac scientia videlicet librum peryarmenias in quo agit de terminis. librum predicamentorum in quo agit de ordine terminorũ ad sua genera. librum priorum in quo agit de sillogismis. librũ elẽcorum in quo agit de fallacijs. librum posteriorum in quo agit de demonstrationibus. Augustin⁹ etiam logicam scripsit quam incompletam vidi. Alterius aduertendum ꝙ dialetica dicit ars artium scia scientiarũ sine qua nulla scientia perfecte scietur. vnde ysidorus. li. ij. dialetica est disciplina ad differendas rerum causas inuenta. Et diuiditur scđm richardum li. ex scriptorum in grammaticam rationem differẽdi sed hec diuisio cõis nõẽ. Alio ergo mõ potest dici ꝙ logica tres habʒ partes: quiasc ʒ considerat de terminis de propositionibus et de argumentis. vnde argumentatio est subiectum logice eo ꝙ oĩa que ĩ logica considerantur ad argumẽtationẽ reducunt. Argumẽtationis duo sũt genera qꝛ quedam est formalis sicut syllogistica que tenet in oĩbus terminis con[illegible] forma recta. Forma autẽ tunc tenetur qñ qualitas ⁊ quantitas ꝓpositionũ seruãtur. Alia est argumentatio materialis que tenet solummodo gratia terminorũ. Cuiusmodi sunt ꝯñe in locis. Rursus in dyaletica quedã sophistica dicũtur insolubilia non quia solui nõ possũt sed qꝛ de difficili soluũtur ratione multiplicationis eo ꝙ falsificant seipsa. Alterius ĩ logica est quedã ars q̃ dicit obligationum per quã docetur homo pertinẽter respõdere ⁊ ꝑpter cõcessionem possib

lis ab impossibili cauere. Hec aūt oīa et similia speciali tractu indigēt. Pro nūc autem scire sufficit q̄ dyaletica do cet verum a falso discernere licite ar guere fallacias euitare et huiusmodi.

¶ Capitulum tertiū. de rethorica ꝛ eius inuentoribus.

Teste isidoro rhetorica est bn̄dicēdi sciētia. ꝛ sic noīatur a copia locutiōis Nā thesis apud grecos locutio dr̄. Differt autem rethorica a dialectica ī duobꝫ ꝓut tāgit boetius in thop. Primo qꝛ dialectica cōsiderat orōnes in se sine circūstātijs nō curādo de rebꝫ. Rethorica vero cōsiderat cur quis qn̄ vbi ꝛ huiusmodi. Scd̄o differūt qꝛ dialectica vtitur ꝓpositiōibꝫ breuibꝫ et discōtinuis. rhetorica vero ꝯtinuo sermone perorat scientie aūt īuētores apud grecos fuerūt georgias hermagora. ꝛ apd̄ latinos floruit tullius. Finis aūt rethorice est pulchre loqui verum suadere ꝛ huiusmodi quibus orator ī suo sermone placidus redditur. Cōtinet autē rethorica colores varios. Nā quidam dicūtur colore verboꝝ: quoꝝ ornatus cō surgit ex verbis a vocabulis cuiusmodi sunt repetitio gradatio. Nā repetitio cōsurgit ex reperitione alicuius dictionis in pluribus orationibus conuenienter se habentibus: sicut diceremus [illegible] adere potentes supbia renūciat amicū. ꝛ parē ꝯtēnit. supbia sēp petit presse patiqꝫ recusat. Alij autem sūt colores dicti sentētiarū: quoꝝ ornatus nō ex terminis sed ex rebꝫ et sententijs accipit cuiusmodi sūt colores qui dicūtur similitudo cōtrariū. Sicut enī de superbo dicerem⁹ hic more lapidis duri itumescit humilē terrā ex qua ꝓcessit nō imitat. de his autē oībus latius multo alibi scripsi. Rursus aduertēdum q̄ a rethorica dicti sūt rhetores alio nomine dicti oratores: quorum institutio facta fuit pro defensione iuris reipublice. Unde quintilianus in libro de oratoria institutione dicit q̄ orator debet esse vir celebris et in repu. debet tenere statū mediū nullūqꝫ formidare iuri assistere decreta tenere Unde isidorus. lib. ethimologi. Orator inquit est vir bonus dicendi peritus vitaqꝫ moribus et artibus imbutus: cui scꝫ oratori memoria maxime ꝯgruit qꝛ teste tullio. li. de oratore. Memoria est thesaurus oīm rerum qui nisi rebus inuentis custodiat: oīa in mēte oratoris pereūt

¶ Capitulū. iiij. de nomine poetrie de auctoribus eius in fine ꝓpter quem inuenta est.

Alphorabius in libro de diuisiōe scientiarū dicit poetriā esse vltimā partē logice. vn̄ dicit q̄ poetria est sciētia ordinādi metra scd̄m ꝓportionē dictionū ꝛ pedū. Nichilominꝰ tn̄ poetria ꝓprie nō hꝫ ꝓ obiecto metrificare sꝫ potius fingere siue sit ꝓsa siue in merito. Un̄ poetria dr̄ a poyo qd̄ ē fingere. Huius aūt sciētie multi fuerūt actores famosi: sicut homerus apud grecos. Uirgilius apud latinos. Narrat lactā lib. ij. c. xiiij. q̄ poetria inuēta fuit a sapiētibus romanoꝝ. eo q̄ veritatē clare dicere non audebāt ab hoc fictis sermonibus loqui didicerūt. Un̄ ouidiꝰ ob hāc causā librū de trigibus cōpegit in quo poetico sermone ea descripsit q̄ plano eloquio dicere nō audebat. vt patet librū eius intuenti. Rursus sciēdū q̄ poetria nō est inuenta ꝓpter mentiri: aut propter turpia de dijs fingere. Quinimo bocatiꝰ nouellus poeta libro de genealo. deoꝝ illos poetas redarguit. q̄ suoꝝ deoꝝ canūt illecebras Finis ergo poetarū non est mētiri vel irritare sꝫ ex similitudinibꝫ rerū vnā pro alia intelligere. ꝛ ita veritati semper intenta ficta sermone suum conceptum exprimere. Quis enim crederet argum habuisse oculos centum: aut hyo in vaccam con

uersam fuisse: aut lycaonem in lupum. Hec enim omnes fictiones fuerunt: nō tamen mendacia. Quinimmo aliquas hystorias veras ad mentē actoris refe runt: et non alias hystorias p illas ītel ligimus: q₂ vt plurimū mentē poetarū ignoram⁹. Uerbigratia si rome virgo aliqua violata fuerit ab ipatore: cuius virginis custos fuisset vir aliquis occu latissimus ꝛ sapientissimus. nunquid virgilius rationabiliter fingere potu it hyo a ioue violatā fuisse. et iō in vac cam cōuersā ratione peccati carnis qđ brutale est. His eī similitudinibꝫ fictio nes rationabiliter inuente fuerūt ꝛ ex bona scientia procedūt ingenioq₃ sano Sunt autem poetarum septem genera secundū septē modos secundū quos cō tingit facere poeses. Unde poesis sep tem sūt species scilicet comedia: trage dia: inuectiua: satyra fabula: hystoria: argumentum. Est autem comedia poe sis habens principium triste finemq₃ le tum. Tragedia vero a leto principio i cohat: et tristem finem hebet. Inuecti ua autem est carmen reprehēsoriū ma la intensione compositum. Satyra est cermen reprehensoriū bona intensione compositum. Fabula est narratio que nec vera nec verisimilis ad litterā. ve rūtamen aliquā veritatem semper intē dit alijs non mereretur dici poesis. Hi storia autem est rei geste narratio. Ar gumentum vero est rei vilis volūtaria similitudo. Sciēdū insuper q̄ poete q̄ dā dicti sunt lyrici: eo q̄ eorum carmi na cum lyra canebant. Alij vero dicti sunt tragedi eo q̄ quando canebāt sua carmina habebant hircum pro premio qui apud grecos vocabatur tragos. Alij autem appellati sunt comedi a cō messatione: eo q̄ homines solebāt post cibum: vt puta post prādium ire ad au diendum carmina eorum. Alij autē di cti sunt satyrici vel satyri a saturitate: eo q̄ de pluribus rebus canebant ꝛ au dientium animos saturabant. Notan dum insuper q̄ quedam sunt poeses in quibus solus poeta loquitur sicut vir gilius in georgicis ꝛ dicuntur caracte res. Alie sūt autem in quibus nūq̄ po eta loquitur: vt in buccolicis: et dicun tur carmina dragmatica. Et huiusmo di sūt cōmuniter tragedie ꝛ comedie. Alie autem poeses sunt mixte: quia sci licet poeta aliquando loquit̄ ꝛ aliquā do non: et huiusmodi est liber eneidos. Ceterum aduertendum q̄ poesis mul ta sortitur nomina. Nam quandoq₃ di citur prosa: quando scilicet non habet legem pedū seu certos pedes. Aliquā do autem dicitur metrificatura quādo certis pedibus mensuratur. quandoq₃ etiam carmen rithmicū vocatur: quia fine similiter minatur: ꝛ si carmen con tineat paucos versus a quibusdam vo catur italicum. Si autem contineat du os versus vocatur dysticon. Si autem vnum contineat versum vocatur mono stichon. ꝛ si carmina multos contineāt versus et de multis rebus tunc vocen tur centones. Si autem carmen loqua tur de pastoribus vocatur bucolicum et dicitur a bob⁹: si loquatur de gestis hominū fortiū tunc dicitur heroicum. Nam hereos grece dicūtur viri aerei et celo digni propter sapientiā et forti titudinem. Si autem carmē contineat miserias: tunc dicitur elegiacum. Et si contineat lamentum vocatur trenos. Si cōueniat sepulchro vocatur epita phium. Si carmen ut aliquis titulus vl' superscriptio vocatur epigramma. Insuper fabule sunt duplices quedam enim dicūtur hesopice vel ytopice que fingunt animalia bruta mutuo loqui. Alie sunt libistice que fingūt homines cū brutis loqui ꝛ econuerso. Hic tamē dicendum videtur quo iure poetria de beat admitti. Plures enim eam inua dunt. eo q̄ vel ipsam nesciunt: vel quia turpia quedam in poetis legerunt que turpia poetrie non peruenient fine bo no terminentur.

¶ Capitulum quintũ quomodo poetria nõ est contẽnẽda et qualiter poete claruerunt.

Poete plures olim famosi fuerunt. Inter quos claruisse virgilius fertur: qui poetarum fuit preclarissimus et optimus: vt inquit augustinus. v. de ciuitate dei. c. iiij. qui virgilius dictus est a virga: eo ꝙ mater eius somniauit se peperisse virgam quandam que vſqꝫ ad celum ptrtigeret: quod nichil aliud fuit nisi ꝙ virgilium paritura erat qui loquendo de altis celum tangeret: vt ait hugo. Hic autem virgilius ĩ philosophia ⁊ nigromantia peritissimus fuit mirabiliaqꝫ ipsum fecisse refert alexander nequam libro de naturis rex. Refert enim ꝙ cum ciuitas neapolitana peste sanguissugarum vexaretur liberata est ab eo proiiciendo sanguissugam seu hirudinem auream in fundo putei euolutisqꝫ multis annis post modum predicta hirudo de puteo extracta est: et mox tota ciuitas repleta est hriudinibus infinitis seu sanguissugis: nec sedata est pestis antequam sanguissuga aurea in puteũ mitteretur. Rursus de ipso refert idem ꝙ pontem aureum cõstruxit et romepalarium solenne edificauit nomen collise [illegible] in quo cuiuslibet regionis imago [illegible] manu tenebat. et quotiens aliqua regio romanis rebellabat: mox campanam imago regionis illius pulsabat: et miles neus in summitate predicti palatij stabat ⁊ hastam vibrabat illã ĩ partem que regionem illam respiciebat. Hoc etiam idem narrat hugo. Unde licet arti nigromãtie laus non debeatur. operibus tamen virgilij admiratio debetur. eiusqꝫ subtilitas huiusmodi narrationibus declaratur. Rursus alij fuerunt famosi poete. vt ouidius et qui precessit omerus quorũ dicta quasi vaticinia vocati sũt. Floruit etiam hesopus cuius fabulas cõmendat a. gellius libro. ij. Sed mirũ est si fabule sint mendose an ipsis vti liceat. Quibusdam enĩ apparet nõ licere: quoniã ars poetica ĩter scenicas seu meretriculas numeratur. vt ponit commentator boetij primo de cõsolatione. ca. primo. Unde plato iussit poetas a ciuitate expelli. eo ꝙ dicebat eos virtutibus inimicos: et in hoc commendat eũ tullius in tusculanis questio. li. ij. Quibusdam igiẗ videtur poetriam detestãdam fore quorũ imagiatõni nõ credo: qꝛ poetria vtilis est: si debito ĩnititur fini: si licito exerceatur vsu. vnde augu. li. i. confessionum loquens de poe. sic ait Didici in eis multa verba vtilia. vnde et sacra scriptura fictionibus vti quandoqꝫ inuenitur. Nam in li. iudic h. ferẗ ligna sibi regẽ fecerũt: sed q̃mõ regem fecerũt s ilo q nesciãt Reuera sic fictio fuit ꝙ significatio intenta verissima fuit. Itaqꝫ nõ fuit fict ũ qđ ĩtendiẗ Sꝫ fictũ ẽ qđ ex p̃dictis verbis prima facie concipitur. De vera autem poetria conformiter fatebimur: cuius finis non est mẽtiri: sed verbis quasi fictis veritatem describere. Uerum fictionum quedam sunt vane ⁊ inutiles: alie autẽ vtiles. Unde macrobius li. i. sup somnio scipionis. Quedã inquit sunt fabule voluptatis gratia: ⁊ alie sunt exortationis causa. Primas illuminauit sapientia: ⁊ in alijs quandoqꝫ loquitur. Unde sicut dicitur in li. de ortu scientiarũ sancti doctores in libris suis quãdoqꝫ fabulas introduxerunt: sicut ambro. qui in. li. iij. de officijs recitat fabulam de illo qui ĩuenit anulũ in equo eneo sub terra quẽ cũ haberet in manu a nullo videri posset deq̃ fabula dicit ãbrosi⁹: ꝙ ⁊ si vĩ veritat͛ nõ habeat. tñ rationẽ hꝫ vt iuxta eã possit veritas manifestari. Eãdẽ etiã fabulã narrat tulli⁹. iij. de officijs. Tales igiẗ fabule q̃bus veritas p̃tendiẗ reprobande nõ sũt. Unde idẽ ambrosius super lu

cam.ix. Interseritfabulam de illo rege qui cum aliquid tangeret aurũ fiebat et sic fercula mortalia sibi fiebant aurum et cibus in ore nõ alimenta sed vulnera dabat. potum quoq deglutire nequibat. Talia inquit ambrosius. Sũt beneficia idolorũ vt cum videantur prodesse plus noceãt. Ecce videmusfabulam documentũ pre tendisse. Rursus augu. li. ij. sermonũ. sermo. xxvij. itroducit fabulã illi⁹ de quo fertur q vires sue augebant quotiẽs terrã tangebat. Cunq ergo pugnaret eo pacto q aduersari⁹ eũ prosternebat ille viribus pualebat quã fictionẽ christo conuenisse augusti. tradidit: q cecidit per mortem: vt gloriosus resurgeret Ceterumhieronym⁹ epistola. xix. introduxit fabulã hesopianã de cane tenẽte os ĩ ore qui cũ vidiss maiorem vmbrã ossis in fonte: os qd tenebat dimisit propter vmbram. Ex his ergo apparet q fabularum quoddam est gen⁹ vtile et sacris eloquijs quãdoq honestum. Sed quid dicem⁹ ad ea que in contrarium obijciebãt. Dicebat enĩ a. gellius q poetria meretricula est ratione cuius plato poetas expulit a roma referente tulio. Dicemus eñ quoniã poetria ideo meretricula dicitur qr ex principalibus scientijs nõ est vna: s inter min⁹ pricipales numerat. Alias enim sapientie non astitisset cui tamen assistebat vt etiã indt preallegat⁹ expositor boetij. Rursus ad platonẽ dicim⁹ q illos reprobauit poetas quib⁹ mẽtiri vsus est: et quorum fictiones turpia sonant. Alios autem poetas repudiare nõ intẽdit. quorũ scilicet fictiones veritatem pretendunt. Alias enim doctores sancti ipsos exponendo christo non applicassen t. Insuper et philosophos fabulas vti nouimus. Unde apuleius libro de deo socratis fabulam introduxit de coruo tenente carnẽ in ore cui cu dixisset vulpecula q cignus melius cãtabat illo. volens coruus probare contrarium aperuit os. et sic amisit carnez ex ore: et volens cãtare potius exocitauit q cantauit suumq deffectum publicauit. Hec enim fabula pretendit hanc veritatem quia scilicet multi se magnificare volentes vltra modũ ruinam patiũtur. Insuperitus lib. secundo introducit fabulã de conspiratione membrorum contra stomachum ex hoc q omnia consumebat in quibuslaborant mẽbra. Et cum fuisset adiudicatũ q stomacho nichil daretur. membra omnia languerunt. Unde oportuit stomacho iterum dare necessaria vt membris distribueretur. Hec siquidem fabula hanc pretendit veritatem: qua scilicet multi aliorum bonis derogant a quibus tamen substentãtur. et cum procurauerit illorum destructionem ipsi procurãtes indiligentiores fiunt illiusq vel illorũ procurant restitutionem cui vel quib⁹ subtrahendum suaserunt. hanc etiã eandẽ fabulem introduxit polcra. li. vi. ca. ij. Ex quib⁹ omnib⁹ clare patet poemata nõ esse repudanda eo modo qd aliq poetriã ignorãtes repudiant qr teste eodẽ policra. li. vij. capi. ix. Sicut oĩa animãtia fuerũt cõcessa homini excepto q nõ debuit comedere carnẽ cũ sanguine vt patet gene. ix. Sic omnes scripture tã poetarũ q gentiliũ legi possũt ad vtilitatẽ exclusis tamen erroribus q p sãguinem intelliguntur.

Capitulũ sextum de arithmetica secundum isidorum.



Rithmetica est disciplina numerorum. greci eni numerum rithmon vocant. Quam scriptores ceterarum litterarum iter disciplinas mathematicas ideo primã eẽ voluerunt quoniãipsa vt sic nulla alia indiget disciplina. Musica aũt et geometria et astronomia que sequuntur vt sit atq subsistãt: isti⁹ egeret auxilio. de

actoribꝰ arithmetice. numeri disciplinã apud grecos primũ pithagorã nũcupãt scripsisse: ac deide anichomaco diffusiꝰ eẽ dispositã. Quam apud latios primus apuleiꝰ deide boetiꝰ trãstulerunt Quid sit numerꝰ. Numerus ẽ multitudo ex vnitatibꝰ aggregata. Nã vnum semẽ numeri nõ numerum esse dicimꝰ Unde numero numus nomen dedit: et a sui frequentatione vocabulum indidit: Unus a greco nomen trahit: greci enim vnuz enna dicũt sicut duo et tres quos illi dia et tria appellant. Quattuor vero a figura quadrata nomen sũ pserunt. quinqꝫ vero non secundum naturam sed secundum placitum voluntatis vocabulum acceperunt ab eo qui numerus nomina indidit. Sex autem et septem a greco veniunt. In multis enim nominibus que in greco aspirationem habent nos pro aspirationes ponimus. Inde est ꝙ pro hex sex et propheta septem: sicut pro herpillo herba serpilũ. Octo vero per translationem sicut illi ꝛ nos ita. Illi nea nos nouem Illi decanos decem Dicti a utem a decem greca ethimologia. eo ꝙ ligant et coniungunt infra iacẽtes numeros. Nam desinas coniungere vel ligare apud eos dicitur Porro vingiti sunt decem bis geniti v pro b littera posita. Triginta ꝙ trinario denario gignantur: sic vsqꝫ ad nonaginta. Centum ve[...]ati a centu quod est circulus: du[...] a duo ꝛ [...]: sic et relica vsqꝫ ad mille. Mille vero a multitudine. inde et militia. Quid prestent numeri. Ratio numerorum contemnenda est In multis enim scientiarum scripturarum locis quantum misterium habiz et lucet. Non enim frustra in laudibus dei dicitur amnia in numero mensura ꝛ pondere fecisti: Senarius namqꝫ numerus qui partibus suis perfectus est perfectione zmũdi quadã numeri significatione declarat. Similiter ꝛ. xl. dies quibus moyses et helias et ipse dominꝰ ieiunauerũt sine nmerorũ cognitione nõ itelligit. sic et aliꝫ ĩscripturis sacris numeri existũt: quorũ figuras nõ nisi noti huiꝰ artis scire soluere possũt. Datũ ẽ nobis etiã ex aliq̃ pte sub numerorũ ꝯsistere disciplina qñ horas p eã discimꝰ qñ mẽsiũ curricula spaciũ anni redeuntis cognoscimus. Per numerũ siquidẽ ne cõfũdamur instruimur: tolle numerum rebus omnibus et omnia pereunt adime seculo computum ꝛ cũcta ignorantiam complectũtur: nec differre possũt a ceteris animalibus qui calculi nesciũt rationem.

Capitu. vii. de geometrie inuẽtoribus ꝛ de vocabulo eius.



Geometria disciplina primum ab egiptijs reperta fuisse dicit. qꝛ durãte nilo et oĩbus possessionibus eius limo obductis initiũ terre diuidẽdebat p lineas mẽsura nomẽ arti dedit. q̃ deide latiꝰ acumĩe sapientiũ cũ pfecta ẽ: ꝛ maris: et celi: et aeris: spacia metiunt. Nã puocati studio sic ceperunt post terre dimensionem ꝛ spacia querere quanto interuallo luna a terris a luna sol ipse distaret et vsqꝫ ad verticẽ celi q̃ta. i. mensura discederent sicqꝫ interualla ipsa celi orbisqꝫ ãbitũ p numerũ stadiorꝫ ratiõe pbabili distinxerũt. Sed qꝛ ex terre dimẽsione hec disciplina ĩitiuz sũpsit et ĩitiuz sui et nomẽ seruauit Nã geo metria de terra et de mensura nuncupata est. geos enim grece terra vocatur latĩe ꝛ metros mẽsura. Huiꝰ disciplie ars ꝯtinet ĩ se lineamẽta ĩterualla magnitudĩes figuras dimẽsiones ꝛ nũeros. De diuisiõe geometrie. Geometria quadriptita est diuisio in planũ ĩ magnitudinẽ rationalẽ in figuras solidas ꝛ magnitudinem nũmerabilez. plane figure sunt q̃ et longitudine ꝛ latitudine cõtinẽtur que sunt iuxta plato. nũero quiqꝫ. Numerabilis magnitudo est qui numerus arithme

tice diuidi pōt Magnitudies rōnales sunt: quarum mēsuram scire possum⁹. Irratōnales vero quaꝝ mēsure q̄titas cognita non habetur. De differentia geometrie: arithmetice: et musice inter eas hoc interest vt media iuuenias. In arithmetica prio si queris medium aliquorū numerorum couiungis extrema ꝛ diuidis ꝛ facis medium: vt puta fac extrema esse sex. et xij. simul iungis et faciunt xviij. partiris media ꝛ facis ix. quod est analogicū arithemetice vt medium. Nam quod monadib⁹ supat primum: tot supatur ab extremo supat enim sex tribus monadib⁹. ꝛ his supatur a. xij. ſm geometriam vero ita q̄ris extrema multiplicata tm̄ faciunt q̄tuꝫ media multiplicata vt puta. vi ꝛ xij. sit extrema illa multiplicata faciunt. lxxij Media autem que sunt octo et nouem multiplicata etiā tantūdem faciūt. Secundum musicam ita queris: in qua p̄ mi parte separatur mediuꝫ a primo ex eadem extremi parte superatur mediū ab extremo: vt puta octo duabus partibus superant sex: que due partes sūt tertia senarij pars ideo media pars scilicet octo in quattuor partib⁹ ab vltimo separatur que est xij. cuiusquidem numeri tertia pars ē quattuor. Quod numeri infiniti existūt. numerum auteꝫ esse infinitum certissimum est: quoniaꝫ in quocunqꝫ numero finem faciendum putaueris idem ip̄e vno addito non dico augeri imnno q̄tumlibet sit magn⁹ et quātumcunqꝫ ingētem multitudinē contineat in ipsa ratione atqꝫ scientia numerorum non solum duplicari. verū etiam multiplicari potest. Ita vero suis quisqꝫ numurus ꝓprietatib⁹ terminatur: vt null⁹ eorum par esse cuicūqꝫ alteri possit. ergo et dispares inter se atqꝫ diuersi sunt: et singuli quinqꝫ finiti sunt ꝛ omnes infiniti sunt.

¶ Capitulum octauum de musica et eius vtilitatibus.



Artis musice multe sūt vtilitates ad cuius declarationē aīaduertēdū q̄ teste arist. viij. poli. iuuenes debēt erudiri in musica: Nēpe iuuenes plus ceteris hominum statibus in continua mutabilitate deoluuntur: ꝛ lasciuijs infestantur: Ipsis igitur vtile est si operibus de bonorum genere complacenter adhereant. Alias enim iuuenes lasciuie deseruiet. Itaqꝫ cum sensuerit ī pietatis amator erit. quoniam vt dicitur lib. ethico. in hijs delectari est nobis vt illa. i qb⁹ ab īfātia delctari īcipimus. Si ergo iuuenis in musicalibus eam reperit complacentiam quam ī vanitatibus querere solet. sibi autem facile apparebit que praua sunt relinquere et potiori complacentie animum exhibere. Ex quib⁹ colligitur prima musice vtilitas: que ē iuuenes a malis cō placentijs reuocare. Alia vtilitas est. quia letificat tristes et letos magis ac magis letificat vt ponit aristot. in suis probleumatibus parte. ix. probleumate primo. Et idem aristotel. viij. polit. aīa inquit naturaliter delectatur in musica et facit animas sic intentas: vt nichil aliud cogitēt. sicut dicit cassiodorus. Rursus constātinus in suo viatico refert orpheum dixisse q̄ per suam musicam mutabat principū corda de tristicia ad leticiā. Ceterū musica excitat dormiētes ꝛ dormitare fa[illegible] sanat etiā a melācolia. Unde aristotel. in policrati dicit q̄ musica est amica oī etati. ꝛ signāter iuuenili. Unde musicā amāt animalia bruta. sicut boues cerui. aues: ꝛ pisces. Nā aues īcessāter cātāt si audiā cātātes: et pisces ad melodiā cōgregātur. Unde refert gellius li xviij. Noctium acticarū. q̄ citharista ariō i mari piect⁹ a delphinis saluat⁹ est: eo q̄ citara dulcē sonū peregerat p̄usq̄ submergeretur. ꝛ idē refert plini⁹ Fingit etiam ouidi⁹ q̄ orphe⁹ cithare

termine arbores cõgregauit. Hui⁹ autē artis melodiam nõ perpendens rex mida. aut saltē male de musica indicās aures suas in aures asineas mutatas habuit. vnde persius. Auriculas asini rex midas habet. Dixerat enim ꝙ de⁹ pan dulciusharmonisabat cū cannisse getalibꝫ ꝙ̄ apollo cum cithara. Et licꝫ hec fictio sit. tamen designat sano intellectui harmoniam placere debere.

Capitulum nonum de inuentoribus artis musice.

Musice restat inuentores designare. Ad cui⁹ euidentiā ꝯmemorem⁹ ea que legimus. Referūt ei greci pithagorā philosophū musice artē ex sonis malleoꝝ primū excogitasse. Audiens enim ex malleis sonorū disparitatem aut melodiam causari cõcludit merito harmoniā humana voce peramplius fieri posse. Huic etiam narrationi alludunt boetius ⁊ macrobius. Aliꝗ autē tubal musice inuentorē extitisse volunt. de quo tradūt hystorie ꝙ cū artē musice ad inuenisset in colunna duplici eam scripsit. quarū vna marmorea et altera lateritia Audierat enī adā prophetasse duo futura mundi diluuia. vnū scilicet aqu:ū ⁊ aliud igneū Ut igitur ars per eū inuēta nõ deleret ipsam in marmore scripsit ne per aquā [illegible] et in lateribusne per ignē accē[illegible]. Unde iosephus has duas colunnas narrat syrie hucusqꝫ permansisse. Huic aūt narrationi alludit moyses geñ. v. Patrem enī musicorum ipsum appellat. Ceterū aliqui dicunt moysez musice inuentorē fuisse. aquarūqꝫ sonitu harmonias penitus ꝑpendisse. Rursus quidā veteres philosophi harmonias dicūt a celorū motibus originem accepisse: affirmantes ꝙ ex celorū motibus maxima cõsurgit melodia ratione cõfricatiōis corporū celestiū. in ꝗbꝫ credit maxima amicitia: seu ꝯcordia: vt docuit empedocles. Insuꝑ affirmauerūt ꝙ ab orbibuscelestibusmaxima causatur melodia. sed non perpendim⁹ eo ꝙ vt dicunt ab exordio natiuitatis sub orbibusnutriti sum⁹. et ita assiduitate audire nõ credimus. Ob robur autem sue imaginationis inducūt exēplū de ijsquia iuuētute nutriti iter fabros malleorū ictus aut nõ audiunt. aut saltem se audire nõ attēdūt. Huic opinioni proximus videtur fuisse plato. q̄ suꝑ quālibet orbem celestē vnam syrenem stare putauit. Hoꝝ aūt opinionē reprobat aristo. li. de proprietatibus elementorū. et secundo celi. Harum aūt narrationū. cõtrouersia nec rõne nec experientia dissolui potest. Non enī ratione qꝛ in facto historiarū narratiōibꝫ credere oportet. nec experiētia. quia predicte narrationes nostra tp̄a precesserūt. Arbitrādum est tamen ꝙ multi fuerūt inuentores iuxta varietatem temporū et regionum. Si autem queram⁹ quis inter omnes inuentores primusextiterit puto ꝙ ipse tubal primusfuit. quia ceteros tempore precessit. sacra etiam scriptura ipsum inuētorem commemorat. alios autem nequaquam.

Capitulum decimuꝫ de astronomia: et eius inuentoribus.

Astronomia est astroꝝ lex q̄ curs⁹ syderū ⁊ figuras et habitudīes stellarū circa se ⁊ circa terrā idagabili rõne ꝑcurrit. Astronomiā primi egyptij cuenert. Astrologiā vero ⁊ natiuitatis obseruantiam caldei primi docuerunt. Abraham autē istituisse egiptijs astronomiam iosephus auctor asserit. Greci autem dicūt hanc artem ab athlante prius excogitatam. Ideo dictus est sustinuisse celū. Quisquis aūt ille fuerit motu celi ⁊ ratiōe animi excitatis pertempoꝝ vices. per astrorū rotas difinitosqꝫ cursus per interuallorum spacia moderata considerauit: ⁊ dimensiones

quasdã & numeros que diffiniēdo/ac se cernēdo ordinē nectēs astrologiā reperit. In vtraqꝫ autē lingua diuersoꝝ sūt quedā de astronomia scripta volumia Inter quos tholome⁹ rex alexandri apud grecos precipuus habetur hic etiam et canones instituit quibus cursus astroꝝ inuenitur. De differentia astronomie et astrologie. Inter astronomiā enī et astrologiā aliud īterest. Nā astronomia celi conuersionē ornatus ortus obitus motusqꝫ siderū cōtinet vel qua de causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis partim superstitiosa est. Naturalis dū exequitur solis et lune cursū vel stellarum certas temporū statiōes. Superstitiosa vero illa ē quā mathematici sequuntur qui ī stellis augurantur q̄nqꝫ etiā. xij. celi signa p singula aīe vel corporis mēbra disponunt syderumqꝫ cursum natiuitates hominum & mores predicare conantur. De Astronomie ratione modis plurimis cōstat. Diffinit enim quid sit mūdus: quid celum. quid sphere situs & cursus quid axes celi & poli. quid sint climata quid cursus solis et lune atqꝫ astrorū.

Capitulum vndecimū de medicina & eius inuentoribus.

Medicina est que corporis vel tuetur: vł restaurat salutem: cui⁹ materia versatur in morbis & vulneribus. Ad hāc itaqꝫ pertinet non ea tantum que ars eorum exhibet qui proprie medici nominātur. sꝫ etiā cibus & potus et regimen defensio oīs atqꝫ munitio qua nostrum corpus aduersus externos ict⁹ casusqꝫ seruatur. De noīe eius. Nomē medicine amodo id est temperamento impositū existimatur. vt nō stati sꝫ paulati adhibeat̄. nā in multo cōtristat̄ natura mediocriter autē gaudet Unde et qui pigmenta et anthidota satis vel assidue biberūt vetantur. Immoderatio enim omnis nō salutem sed periculum affert. De inuētoribus eius. Medicine autem artis actor et repertor apud grecos perhibet̄ appollo. Hanc filius eius esculapi⁹ laude & opere amplificauit: sed postq̄ fulminis ictu esculapius interit īterdicta fertur medēdi cura & ars simul cū actore deficit. latuitqꝫ p annos quingentos vsqꝫ ad tp̄s arthaxersis regis per sarū tunc eam reuocauit in lucē hipocrates asclepeo patre genit⁹ in insula choos.

Capitulum duodecimum de actoribus legum.

Moyses gentis hebraice primus oīm diuinas leges sacris litteris explicauit. phoroneus rex grecis primus leges iudiciaqꝫ cōstituit. Mercurius termegestus prim⁹ leges egyptijs tradidit. Solō primus leges athenēsibꝫ dedit. Ligurg⁹ prim⁹ lacedemonijs iura ex appollinis auctoritate cōfinxit. Numa pōpiliusq̄ romulo successit in regno prim⁹ leges romanis adidit. Deinde cum populus seditiosus magistratus ferre non posset decemviros legibus scribendis creauit tunc leges ex libris solonis ī latinū sermonem translatis duodecim tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hi appi⁹ claudius gemici⁹ vererius curati⁹ sextinus iulius manlius sulpicius & cornelius posthumus decemviri legum cum scribendarum electi sunt. Leges autē redigere in libris primus consul pompeius instituere voluit sed non perseuerauit ob decretorum metu. Deinde cesar cepit id facere sed arte interfectus est. Paulatim autem antiqui leges vetustate atqꝫ in curia desinerunt quarū et si iam nullus vsus est. noticia tamē videtur necessaria. Noue a constantio cesare ceperūt et reliquis succedentibꝫ erātqꝫ permixte et inordinate. Postea theodo. minor august⁹ ad similitudinē

gregoriani et armoginiani.codicem factum constitutionem a costantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit quem a suo nomine theodorium vocauit.

Capitulum xiii. de politica et regimine ciuitatis.

Politica dicitur a polis quod est ciuitas et icos scientia: quia finis politice est ciuitatem bene regi. Uñ sciẽtia politica est qua vrbes reguntur seu res publica dirigitur. vt patet resp. fruatur: sicut satis innuit aug. libro. xix. de ci. dei. Politica igr̃ cõcernit regemẽ ciuitatis. Est aũt ciuitas ciuiũ vnitas et ſm isid. xv. ethi. ciuitas ẽ cõcors hominum multitudo societatis vinculo adunata que aliquã do vrbs vocata est: et aliquando respublica nuncupatur. Quam diffiniẽs scipio dicit eam esse rempopuli. Populus aũt nõ dicitur quelibet multitudo: sed solum illa multitudo que habet cõmunionem et consensum ad cõmunẽ vtilitatẽ: hoc narrat augu. li. ij. de ciui d ci. et isodorus. li. xix. ethimo. Aduertẽdũ igitur q respu. est sicut quoddã corpus quod diuino numime animatur et regitur: vt tangit helinandus in cro. li. ij. Huius aũt corporis caput dicit princeps: et senatores locũ cordis tenẽt Iu[illegible] et p̃sides tenẽt locũ oculorũ et a[illegible] locũ lingue. ceterisque membris persone alique reip. cõparari possent. Dicuntur autem senatores a senio eo q antiquitus senes in senatores eligebãtur: quorũ institutionẽ romulus inuenit: et noĩa eorũ presente populo ĩ tabulas aureas cõtulit. Olim q filij senatorum illi dicebãt qui nascebãtur tẽpore quo patres senatores erant alij vero nõ. Et hoc scripsit vlpian⁹ suo li. vt pz ĩ digestis li. i. Rurs⁹ in politia nõ eligẽd⁹ ẽ pricepsnisi ſ ſm genituram q̃ pricipatũ obtineat qui princeps nõ cupid⁹ aut luxurios⁹ ĩueniat. Unde tul. li. de paradoxis quõ inq̃t ĩperabit vrbi qui nõ p̃ot cupiditatib⁹ ĩperare? R: p̃ natz pricep z libidines spnat ira cũdiã: caueat auaritiã: cohercecat ceteras animi labes. Princeps etiam non debet eligi nimis pauper autem nimis diues. Unde olim prout refert valerius li. vi. Duo viri corã scipione et senatu: vt ad hispaniã mitterentur contẽdebant quorũ vnus ditissimus: alter pauperrimus erat de quibus scipio ait. Neuter michi placet eo q alter nichil satis. Ceterũ indignus est pricipatu ĩ gradu superiori qui se nõ bene regit in inferiori: vt ponit pompei⁹. li. xij. Nec debet quis apetere regnum vel principatum qz teste seneca de beneficijs. lib. iij. regnũ est nolle regnare cum possis. Unde galterus in primo alexãdreidos. Asperius nichil est humili cum surgit in altum. et gausedus. Si vis benedicte cer comito duci. Illud tamẽ oratij sepius accidit. In libro enim sermonum ait. populus quoque stult⁹ honores sepe dat indignis. Et claudia. in maiori Iam non ad culmina rerũ iniustos creuisse querat. Tolluntur in altum vt lapsu grauiore ruãt. Quibusdam tñ princeps nullus placet oĩbusque detrahunt Illud sydonij in epistolari suo lib. v. dicere videtur. si eligimus humilem vocatur subiect⁹. si rectũ superbus. si doctum inflatus: si imperitum irridebitur si seuerum crudelis erit: si indulgentem facile culpabitur: si simplicem despicietur. si diligentẽ superstitios⁹ credetur: si quietũ ignar⁹ vocabit: si abstinẽtem auar⁹. si bene pascẽtẽ gulosus putabit. His ergo virtus nulla placet. Quicq̃d sit tamen virtuosi sẽper sũt eligendi in principes quorũ conditiones: et mores narrat helmãdus vbi supra. Princeps inquit cõstitutus nõ multiplicabit sibi equos nec subditis erit onerosus. neque multiplicabit seruos nec canes aut bestias: sed quod satis. est tenebit histrio

nes:minos lenones:meretrices: repudiabit. inferiores non corrumpet exemplo q2 teste claudiano. libr. iij. Mobile mutatur semper cum principio vulgus. vxore sepe nō hēbit plures. litteris itēdet et cū iudicabit ad alterā ptē nō declinabit: deū pcipue colet: munera nō acceptabit: suosque officiales frequēter nō mutabit vnde tiberius: prout refert iosephus: Procuratores suos vix aut nunquam mutauit in hoc enim se dicebat parcere phebi. Nā procuratores sciētes ad modicum tempus se habere procurationem quicquid possunt rapiunt.

Capitu. xiiii. quomodo principes subditos suos regere et defēdere debent.

Princeps habet milites bellicosos qui preliari debēt non pro iniuria inferēda: sed repellenda. patriaque defendēda: nec debent timere viri bellicosi qui deo non placeant q2 sanctus dauid bellis intēdebat: et cēturio pariter qui domino ait. Dñe nō sū dignus vt intres sub tectū meum. hec aug. ad bonifacū. Et idem august. libro de verbis domini. militari inquit non est delictū: sed ppter predā militare peccatum est. Nec rempu. gerere criminosū est: sed ideo gerere rēpubli. vt diuitias augeas q̄ videtur esse damnabiles. Unde prelia nō debēt fieri cupiditate ac crudelitate: sed pacis studio gerātur vt mali coherceantur et boni subleuētur. Unde greg. vniuersis militibus neapolitanis scribēs sūma inquit militie laus inter alia bella. merita hec est obediētia reipu. vtilitatibus exhibere Ceterū isidorus etimo. li. ix. iustū inquit bellū est quod ex dicto geritur de rebus repetēdis aut propulsādorū hominum causa. vnde aug. li. lxxxiij. q̄stionū. dominus inquit deus noster non ad hierusalē ire iubet: vt constituat sibi retrorsum insidias. scilicet insidiantes bellatores ad insidiādū hostibus: Et ibidē iusta inquit bella gerebantur a filijs israel contra amorreos a quibus amorreis trāsitus negabatur q̄ iure eqssimo humane societatis pere debebāt. Aduertebāt aūt bellatores vt nō pliarētur iniuriā iferēdo sed ab iniuria se defēdēdo. Un̄ ambr. li. de officijs nō iferēda sed repellēda iniuria lex virtutis ē. et anastasius papa q̄ inquit pōt obuiare et pturbare puersos et non facit nichil aliud estque fauere impietati eorum nec caret scrupula societatis eorum occulte q̄ manifesto facinori desinit obuiare Eandē sētentiā tangit ambro. li. de offi. et hiero. sup sophoniā. Rursus elimādus vbi supra dicit principē sic deb ere viuere vt a subditus diligatur. Nā codrus atheniēsium rex pro victoria populi sui seipsum morti tradidit. Nam mutato habitu regio sarmenta colligens castraque hostiū ingressus a milite quē falce in iurgio pcusserat iterfectus est. Rex igitur aut pīceps sic suos diligat vt etiā pro ipsis mori non timeat. Unde iulius cesar dicere solitus erat dux q̄ non laborat vt militibus charus sit militem nescit amare. Unde seneca. Si vis amari ama. Nā iulius pistorē misit i vincula eo q̄ sibi meliorē panē q̄ ceteris militibus attulerat. Alexāder quoque vidēs militem suū macedonē pre nimia senectute frigore obstupefactū. de sede sublimi descendit: et suis manibus dictum militem in sedem posuit. Nā princeps qui a suis militibus nō [illegible] tanque tyrannus dominatur, nec securitate vbi est fruitur. Unde cū dyonisius tirannus iuberet suū corpus a multis militibus custodiri pilatus ei dixit Quid inquit malum fecisti: vt a tot militibus custodiri debeas? vnde Cladianus non sic excubie non circunstantia telaque tutatur amor quasi diceret q̄ qui amatur non eget custodia.

Capitulum. xv. de legibus diuinis et humanis.

De inuentoribus legum dictum superius capitu. x iij. Nūc igitur super sedēdū de eo. Sed aduertendum ꝙ leges diuine cōformende sunt humanis Unde gratianus constitutiones inquit principiū ecclesiasticis non preeminent sed ecclesiasticis legibus postponende sunt. Unde helinendus in chronicis li. iij. Humane leges eatenus valent quatenus a diuinis non discrepant. Alioquin falsum est quod in lege scriptum est quod principi placet. scilicet deo legis habet vigorem. Ceterum sciēdum ꝙ sicut lex est commune preceptum sic ex communi consensu confici debet vt trahitur ex summa azonis. Unde papinianus libro. x. diffinitionum. Lex inquit est preceptum commune virorum prudentium que lex fieri non debet propter aliquem casum particularem: sed pro cohertione malorum que vt communiter contingere possunt reipublice. vt ponit iulius celsus: libro quinto. Unde legi effectus est imperare vetate punire īquit modestius libro primo regularum. Princeps igitur non solū armis: sed etiam legibus rempublicā debet defensare vt tangit iustinian⁹ libro institutionum. Rursus aduertendum ꝙ ius canonicum et ciuile quodā modo sunt partes politice. Itaqꝫ politica sciētia est communis ad omnia iura. [illegible] ius [illegible] generale est. lex autem species eius. Unde ius dicitur quia iustum est seu dicitur a iustitia: vt ponit vlpianus libro primo institutionum. Lex autē dicitur aliquando quia ligat: aut ab eligēdo qꝛ eligitur. Sunt autem multe species iuris. Quoddam enim dicitur ius publicū quod pertinet sacerdotibus et magistratibus. Aliud primatuꝫ quod ad vniuscuiusqꝫ vtilitatem pertinet. Quoddam etiam est ius quod vocatur gentium qđ concernit id quod debetur deo ꝛ parentibus. vt ponit pompeius. Aliud est ius pretorium quod pretores introduxerunt pro salute reipublice quod commemorat papianus libro primo diffinitionum. Quoddam est ius humanum quod dicitur positiuum. quod positum est ab homine. Aliud est ciuile quod pertinet ad populum vel ciuitatem: diuīa humanaqꝫ causa īstutum. Aliud est ius quiritum id est romanū quia quirites et romani ipsum inuenerunt. Ius autem canonicū dicitur ecclesiastica institutio: cuius plurimi fuerunt scriptores. primus fuit isidorus qui primus scripsit: librum apostolicum decretorum. deinde yuo episcopus carnotensis regulas canonū per capitula ordinauit ꝛ ad numerum decem librorum redegit multeqꝫ abreuiationes post modum facte sunt actores non occurrunt. Uerumqꝫ gratianus decretum scripsit. Ceterum aduertendum ꝙ ius ciuile a duabus ciuitatibus emanauit scilicꝫ ab athenis ꝛ lacedemone. Unde regnante ioas in iuda ligurgus lacedemoniis iura composuit qui ligurgus quecunqꝫ precepit prius obseruauit. vt tangit iustinus libro tertio. Primo enim statuit: vt auri et argenti vsus non haberetur: terrasqꝫ et patrimonia per equalia diuisit. Et coniurari omnes publice iussit. Iuuenesqꝫ voluit vna sola veste pro anno vti. virgines etiam absqꝫ dote desponsari multaqꝫ alia decreuit narratione lōga Rursus apud romanos postmodū creuit: Unde pompeius libro. singulari cuchericli tradit romulum diuisisse romā in tres partes quas curias appellauit quia ibi cause agebantur. Leges quoqꝫ fiebant in predictis curiis que omnes cōscripte fuerūt tpe sixti paupis. ꝗ fuit tpe tarquini superbi. Liber autem illarum legum vocatus est liber naupiriamus. non quia papirus eas fecisset sed quia ordinate scripsit. Postmodū autē romani decem viros constituerūt qui leges a ciuitatibus grecorum collegerunt: quas susceperunt scriptas

in decem tabulis eburneis. datumque fuit illis posse vt illas leges corrigerent et ideo duas tabulas predictis tabulis adiunxerunt. Unde leges duodecim tabularum ab omnibus vocabantur. qz duodecim tabule in omnibus erant.
Post hoc appius claudius leges reduxit ad librum vnum. et flauius scriba libertius populo tradidit vnde senator fieri meruit. Deinde cornucanius prim⁹ scientiam iuris ciuilis publice professus est. Uerum paupirius publius leges regias prius in vnum volumē contulerat. Et appius claudius duodecim tabulas ex legibus scripsit. Publius vero decem libros reliquit iuris. Maculius totidem. brutus. vij. et miti⁹ publij filius iuris ciuilis sciētiam ab libros. xvij. redegit qui digesti sūt ab ausidio. Multique alij scripserunt quorum fama vetustissima est. de nouellis autē memoria publica est.

Capitulum. xvij. de regimine domus vxoris filiorum seruorum et generaliter de economia.


Economia est ars vel scientia in qua domesticarū rerum sapiēter ordo disponit vt inqt isidorus li. ethi. Richardus autem libro descriptionum dicit q economia est sciētia que familiaris officij curam mediocri dispositione componens distribuit. Hac igitur sciētia indiget quicunque pater familias vt suam domum sapiēter regat et dirigat quia dñs ex domo honestatur. vt tāgit tul. li. i. de offi. Nam decorum est valde pacem domus illustrium virorū habere: vt tangit idem. l. ij. de. offi. Unde ipse tulius contra salustium reprobando ipsum dicebat. Nec quicquid turpius domi tue q tu. Et valerius li. ij. Quid prodest foris esse strēnuum si domi male viuitur. Et ibidē quoque opa splendorē suū pcul obtinuisse vidētur eorū dignitatē idignū est de forni domi colla bi. Unde tibullus quid prodesse potest graue pondus diuitis auri auraque pinguia. quid si fūdant munera boues qd ve dom⁹ pdest firmis inixa columnis. aureateque trabes marmoreūque solū: qsi diceret ista nichil pdesse nisi domus recte guberneē: ideo seneca de quattuor virtutibz dicit q sapiens non debet velle vocari dñs a domo: qz domus a dño debet nuncupari. Circa igitur regimē domus maxime attendendum est ad regimē vxoris: qz nichil est crudelius īfesta muliere. vt ponit fulgētius libro suarū mitologiarū. Si tamen mulier bona fuerit domū optime disponit: vt autē bona sit maximum remediū est. si vir bonus ipse fuerit vnde narrat. Hiero. cōtra iouinianū li. i. de quodam qui cū vxore pudicissime vixit. vnde cū os sibi feteret ipso tamē ignorāte quidā ei improperauit et tunc vxori sue dixit. Cur ei non itimauerat que respondit. putabam inquit omnibus viris sic os olere Itaque sūma castitas in ābobus fuit vñ tibullus. li. i. Casta pecor piūr maneas sāctique pudoris. Assideat custos sedula sēper anus. Qui vers⁹ ptendūt vt fidelis custodia assit mulieri. qz mulier de se fragilis ē faciliterque decipiē. Unde narrāte valerio maxio Socrates cuidā qrēti. an sibi expediret nubere vel non. rñdit pniam se facturū quodcūque fecisset. Si iqt nō nupseris sollicitudo te affliget et si vxorem duxeris sollicitud[illegible] te cōcitabit. Forsitan aut ideo coniugia sunt onerosa. qz decēti nō contrahūtur amore: sed cupiditate interueniēte fiūt vnde narrat valerius. li. vij. de quodam qui habens vnicā filiā cōsuluit themistoclē vtrū bono viro pauperi aut minus pbato diuiti filiā collocaret. Ego vero inquit malo virū qui pecunia egeat q pecuniā que viro. Narrat etiā de martia filia cathonis minoris q cū peteretur ab ea cur perdito viro denuo non nuberet. respondit non se inuenire virum qui se vellet magis q sua. Non

sunt igitur mulieres propter pecuniam assumende. alias enim cõiugia male fiunt. Nam et philosophi plures timentes in cõiugio fraudari nubere distulerunt. Nam cicero rogatus ab hircio vt post repudium terẽtie sororem eius duceret oĩno facere supersedit dicens non posse se vxori et philosophie pariter operam dare. Nã si pulchra erit difficile est custodire qđ plures amãt. si autem turpis molestum ẽ possidere quod nemo habere dignetur. plures ergo nubere contempserunt. Coniugia tamen licita sunt dummodo licite contrahantur. quia teste ouidio in libro de remedio amo. Turpe vir et mulier iuncti modo protinꝰ hostes: qꝛ scʒ qđ malo titulo iũctũ est malo terminatur fine plurimaqꝫ contingunt incõmoda. Unde terentius vnoquoqꝫ animo oẽs socrus oderũt viros ecce odium. Et ouidius. lib. primo methamorphoseos. Imminet exito vir coniugis illa marito. filius ante diem patrios inquirit in amos. ecce labores Sed etiam plurima resurgunt commoda vt puta educatio filiorum corporisqꝫ proprij custodia. Rursus aduertenduꝫ ꝙ economia exigit filios debite nutriri. vñ Quintilianus. li. i. vtinam inquit liberorum nostrorũ mores nos ipsi nõ perderemus. Nam mollis educatio quam indulgentiam vocamus neruos omnes mentis et corporis frãgit Itaqꝫ pueri sunt corrigendi non tamen nimis [illegible] quintil li. ij. Ingenia puerorum nimia emendationis seueritate deficiunt. nam et desperant et dolent et nouissime odiunt ⁊ quod maxime nocet est qꝛ dum oĩa timent nichil conantur. Moderate igitur sunt corrigẽdi sed multi non attendunt. qꝛ tanꝙ viros puerulos concutiũt. vt ponit valerius. li. ij. alij vero liberos suos non instruunt cuius oppositum augustus cesar fecisse legitur. Nam filiã suam ⁊ nepotes suos iussit lanificio isistere vt ponit suetonius li. ij. de. xij. cesaribꝫ. Rursus paterfamilias suos debet discrete regere seruos. non spernendo sed amicabiliter alloquendo. vnde seneca ad lucillum epistola. xlvij. Illos inquit rideo qui turpe estimãt cum seruis suis cenare. hoc eniꝫ superbia facit vt cenãte dño stantium seruorum turba circũstet. Unde didimus rex bragmanorum ad alexandrum magnũ in homines nostri similes seruitutem non ponimus. Alioqui seuicia est in obsequium cogere eos quos nobis fratres eadẽ natura progenuit. et quibus a deo patre cõmunium bonoꝝ spondetur hereditas. Seruis ergo non sunt imponenda grauia onera. vnde narrat valeriꝰ. lib. iiij. ꝙ cum plato aduersus seruum suum ꝓpter delictum vehemẽter exarsisset ne vindicte modũ haberet. castigationem sui serui seusippo amico suo. ꝯmisit vnde plautus. ve aũt apud quos dñi vigiliam multã in noctẽ protrahunt. tantũ eni seruis de vita ꝗtũ de nocte aufert.

Ca. xvij. quõ pater familias debet sibi acquirere amicos.

Pater familias amicos sibi vendicare debet. Nam teste senec. libr. iij. de benefi. neminem tam alte secula posuerunt: vt non illi amicꝰ magis desit quo nichil absit seu abest. Et idem sene. li. de remedijs fortuitorum. Quere inqt amicos inter honesta officia: quere in laboribus. Ad mensam res ista non ꝗritur. nam modicus amicus est qui dũtaxat est amicus mense. De tali amico dixit sapiens. vinum nouum amicꝰ nouus. Expedit ergo sapienti economico amicum vel amicos bonos conquestare nec de facili pretermittenda est incepta amicitia. quia teste tulli. lib. de amicitia. Veterrima amicitia sicut vinũ vetus dicitur esse suauissima. Maxima enim est vis vetustatis et consuetudinis. Eligat ergo sapiens amicũ quẽ semper custodiat. ⁊ cui sicut sibiipsi cre

dat alias eni nõ est amicus vt inquit se neca epla. iij. ad lucillũ. Sed talẽ amicũ difficile est possidere nisi bonus sit qui amat ⁊ qui amatur. Quamobrem amicitia de liberate contrahenda est. sed contracta cũ fuerit manu teneri dꝫ vnde suctonius. lib. ij. de. xij. cesaribus narrat ꝙ augustus cesar amicitias nõ facile admisit sed constantissime retinuit. ideo plautus in aulularia in amicitiam inquit et fidem stultum ne receperis. Nã insipientium atqꝫ improboꝝ facilius odiumꝙ collegium. Qui ergo sapiẽs est bonum insequitur ⁊ amicum eligit prudẽtẽ quẽ multi nõ reperiunt qꝛ multos amicos habere volũt ⁊ ignotos notis preferunt. quibus contradicit theofrastus expedit inquit amicos iam probatos amare: non amatos probare. vnde catho. Ignotum tu tibi noli preponere notis Et sequitur. Cum tibi vel socium vel fidum queris amicum. Non tibi fortuna hominis sed vita petenda est. Et cum amicum etiam bonũ sepiens inuenerit commode diligat. vnde catho. Dilige sic alios v tsis tibi carus amicus. Sic bon⁹ esto bonis ne te mala damna sequantur. Ceterum amico nõ sint onera imponenda incõgrua ne forsan perdatur vnde macro. in li. saturnalium. ita amicum habeas: vt inimicũ posse fieri putes. Et salu. Veros inqt amicos neqꝫ armis cogere neqꝫ auro parare queas sed officio ⁊ fide parãtur. cum quibus amicis breues rationes ⁊ lõgas amicitias habere oportet Exordium autem amicitie est benelo: qui ⁊ pricipiũ iimicitie maledictio est. Amicus enim cito amittitur ⁊ raro acquiritur. hec socrates. Ceteꝝ economicus bona que possidet prudenter distribuere debet. Unde maior est in conseruandis rebus ꝙ in reperiendis adhibẽda cautela: vt ponit cassiodorus epistola. xxxiij. vnde claudia. In maiori volumine plus est inquit seruasse repertum ꝙ quesisse nouuꝫ. vnde philosoph⁹ quidam dictus demas. amico ĩquit me roganti si dedero pecuniam mutuo. et ipsum et pecuniam perdo quod intelligẽdũ est apd auaros. itaqꝫ bona discrete sunt distribuenda. Veruntamẽ qui mutuo capit gratis reddere debet. Unde ex ꝓuer. sap. colligitur ꝙ fraus est accipere quod non possis reddere. Et ambrosi. in. li. de thobia. Paupertas inqt non habet crimen sed debere verecundum est ⁊ non reddere verecundius. et subdit. Si diues es nullam patiaris spetendi necessitatem. si pauper es soluendi considera difficultatem vnde seneca li. de benefi. primo docendi sunt qui libenter accipiunt libenter reddere quia si beneficia gratis collata red dẽda sũt multo fortius mutua. His autẽ sermonibus mutuare nõ dissuadetur nisi non amicis aut his qui reddere nolunt. Unde augusti. lib. de doctria christiana docet amicis succurrendum esse. cum inquit omnibus prodesse nõ possis. his potissime succurras qui tibi tempore sue oportunitatis communi quadam sorte iũgiebãtur. qꝛ scꝫ amicis bona ꝓpria mutuo vel dono sunt distribuẽda.

¶ Sophologij liber secundus finit.

¶ Liber tertius qui est de amore virtutum feliciter incipit. cuius sunt tredecim capitula.

¶ Capitulũ. i. quomodo virtutes sunt naturaliter appetende.



Art⁹ medicina ẽ corꝑis pariter et aĩe. virtutesqꝫ appetere vnicuiqꝫ naturale ẽ Cuiuslibet igiẗ studiũ ꝓ adipiscẽdis virtutib⁹ dꝫ applicari. vñ boeti⁹. li. ꝺ ꝯso. Õis inqt mortaliũ cura ꝙ multipliciũ studioꝝ labor exercet diuerso qdẽ calle ꝓcedit sꝫ ad vnũ btitudis finẽ nitiẗ que

nire. quo quis adepto nichil vltra desi derari queat. est eni cũcta intra se bona cõtinẽs. Hoc enim bonũ medio virtutũ adipisci potest qđ multi credẽtes obtinere itinera min⁹ virtuosa sectati sũt. vñ augu. xviij. de ciui. dei narrat quali ter philosophi quidã suũ finẽ voluptatẽ cõstituerũt. vt aristippus. Alij. i virtute vt antistenes. Alij in sensibus corporis. Oẽs tamẽ aut a sẽsu naturali de fecerũt aut bonũ ⁊ virtutẽ appetierũt. Nã virt⁹ sua dignitate animũ trahit: sicut arbor diligitur ꝓpter fructũ vt ponit tul. in rethorica pri a. Nã oia honesta cõcordãt rationi inq̃t aristo. in ethi. ⁊ quintil. de oratoria ĩstitutiõe. lib. i. nichil inq̃t põt placere qđ nõ decet. scꝫ voluptati nõ corrupte. Bonũ eni appetere naturale est. vnde seneca ad lucilum epi. xlviij. Omne inq̃t honestũ volũtariũ. Nõ eni potest honestũ esse quod nõ est liberũ. ⁊ libro de benefi. iij. Rerũ honestarũ preciũ in ipsis est. Et in suo edippo vbi inquit. turpis est medicina que sanari piget. ex quibus aperte concluditur ꝙ voluntas seu libertas humana virtutes ⁊ honesta petit naturaliter. vñ tullius. ij. de officijs. Idipsum quod honestum decorumq́ꝫ dicim⁹ per se nobis placet: animosq́ꝫ omniũ sua natura cõmouet: Idem ponit libro. iij. quia scilicet natura id petit quod honestũ est aut saltem videtur appetere. si autem iudicium fallit peccatũ hoc agit. vnde tul. libro de pa[illegible] quod ĩquit honestum ẽ id solum esse bonum stoici testantur. Unde hecaton stoicus omne inquit honestũ in arduo est: q꞉ scl's mẽs ardescit vt quod honestũ est habeat cuiusmodi est virtus: q꞉ teste tul. in li. de amicitia nichil est virtute amabili⁹ nichil quod magis alliceat ad diligẽdũ. Nã ꝓpter virtutem ⁊ ꝓbitatem. eos quos nunꝙ vidimus diligimus. virtus igitur omnino amabilis est. Nempe ipẽ tullius ĩ rethorica prima. Uirtus inquit est habitus anime iudicio ratione consentaneus et ibidem. Uirtus est habitus a q̃ quis bonus existit: et opus suum bonũ reddit. Et tullius libro de legibus virtus est recta ratio. Unde aristo. ij. ethi. v[illegible]us est que habentem perficit ⁊ op⁹ suum bonum reddit. et lib. de fine boni et mali. tullius inquit. Uirtus est habitus conformis iudicio rationis. Libro quoq́ꝫ de offi. primo. Uirtus est per quã laus in actione consistit. Ipsius tamen virtutis comes est inuidia: quia scilicꝫ virtuosis multi inuident. vnde africano virtus emulos comparauit: vt inq̃t tullius in rethori. ij. Nichilominus vir t⁹ oia vicit qm̃ virtuti omnia parent vt ponit salusti⁹ ĩ catilinario ⁊ ꝑ virtutem op⁹ reddit᷑ facile: resq́ꝫ pri⁹ apparẽs ĩpossibilis reddit᷑ possibilis: vt fert᷑ di xisse so ĩ suis exortationib⁹ narrãte calci dio in prohemio super thimeum platonis. Sapiens igitur virtutes querat per quas obliuisci poterit damnorum que gessit. vnde seneca ad lucilum. epistola. xiiij Quandiu inquit virtus salua fuerit non senties qudo abcesserit. Nam ira: cupiditas: pericula: per virtutem pretereunt. Et idem seneca. Nulla inq̃d virt⁹ latet: et si lateat nõ ipsius damnum. venit enim dies qua publicabit᷑. vnde idem seneca lib. de natura morte. vna inquit res est virt⁹ que nos ĩmortalitate donare potest: et pares facere dijs. per virtutem enim homo sapiens fieri potest. vnde lactan. li. de falsa sapientia. Uirtus inquit cum scientia coniuncta sapientia est. Nimirum ergo si virtus iuxta probleumata appetenda est.

¶ Capitulum secundum qualiter natura incipit virtutes.

Virtutes tanquam perfectissimas ⁊ cõuenientissimas perfectiones natura innata ẽ suscipere. vñ aristo. li. ij. ethi. Neq́ꝫ inquit a natura neq́ꝫ p̃ter naturã

fiunt virtutes:sed innatum est nobis p assuefactionē recipere ipsas.ex similib⁹ enī actibus fiunt similes habit⁹. vñ prosper in li.epigram.nos hortatur dicens. Ad patriam vite de noctis velle vocati virtutū gradib⁹ scandite lucis iter. Omnis virtutū semper substantia salua est. Intuit⁹ xp̄i munera nemo rapit. Rursus gauffredus in sua poetria noua: sectemur inquit honesta et mala vitemus:quia virtus optima rerū:pessima res vitiū nichil eque perniciosū. Et iuuena.li.iiij.satyra prima: Nobilitas ainsola est atq; vnica virt⁹. Quis ergo virtuos⁹ fieri nō desiderabit. Nā teste maximiano fuluo:virtus p̄ciosior est auro:nec putrescit s; in aduersiscrescit vt inquit lacta.lib.iij. Si ergo virtutis amator esse cupis attende quoniam virtus nichil aliud est nisi exēplar honesti vt inq̄t lactan.li.ix. Nēpe virt⁹ ridet in aduersis. Studeat ergo vnusq̄sq; in virtutibus abūdare:vt in se habeat quod in alijs amat prout ex prouerbijs sapiētū edocetur. virtus enī ad beatā vitā perducit. vnde tul.li.i.de legib⁹ virtus inquit est pefecta ratio que cer in natura estiitaq; nichil p̄stabili⁹ hac natura petit q: constat nos ad iusticiā esse natos. virt⁹ enī omniū animos natura sui cōmouet inquit tul.ij.offi. Reuera multo magis est scd̄m naturā cōmunitas iusticia libertas q̄ cupiditas aut voluptas.nichil enī tā secundū naturā est. q̄ humanitas. Hec tul.lib.iij. de officijs. Si ergo laudabile est naturā imitari:inquit virtutes habere desiderandū est. Idē tul.li.de ami. Illos viros bonos appellandū putem⁹ qui asse quunt q̄tū homines possunt naturam optimā bene viuēdi ducē.quītil.li.i.de oratoria institutione. Omnia q̄ ars cōsummauerit certū est a natura īitia duxisse. Nobis igitur ad virtutes sūt quedā semina nature. concessa etiāanteq̄ doceamur. Si enī in virtutib⁹ foret anxietas:et criminibus solum insistere delectabile esse t:fortassis virtuose viuere penosū fieret:⁊ bene agēdi excusatio preberetur:sed in virtutib⁹ gaudiū perfectum habetur et homo ex conditiōe sue nature ad honesta ducit nullaten⁹ ergo excusatur.sene.ad luci.h abet hoc optimū in se generosus anim⁹ q̄ cōcitatur ad honesta magnarū rerū spes ad se vocat et attollit dociles q; natura non edidit ⁊ rationē dedit imperfectā: que tñ virtutibus p̄fici posset:hec sene.epistola.lxxviij. Rursus enī si virtuosū fieri coactionis opus esset:laudabile bonū fortassis non videretur. Nullius enī laudabilis est in eo quod vitare nequit cum vellet. S; proculdubio opera virtutum libere fiūt nutuq; spōtaneo coassumūtur vt ponit didim⁹ in epistola ad alexādrū. Nullū inq̄t virtutis iudiciū ē quod vitari non possit.nam ad bene viuendum libero incitamur arbitrio:sed plurimi virtutes opinantur graues:q: bene viuere nolunt sed queso vt hi saltem doleant eo q̄ bona volūtate carēt. Si enī boni fieri cuperēt:virtutibus faciliter insisterēt.nulla enī tā facilis res quin difficilis sit quam inuitus facias: inquit terētius. Utinā igitur huiusmodi libenti animo bona desiderarēt Utinam saltem mala que facere nequeunt non appeterent iuxta illud teren. poete. Quandoquidem id non potes facere quod vis.id velis quod possis.itaq; mala que cupis explere non vales:bona tunc facias q[illegible] potes. S; aliqui dicunt ad plurima opera vitiorum se cogi.qui si verum dicant stulti reputandi sunt: quia teste tullio deparado. Soli sapienti conuenit vt nichil faciat inuitus nichil dolens nichil coactus. Unde stoici dixerunt ea sola voluntatem desiderare que rationabilia sūt. vnde et in solo sapiente voluntatem esse dixerunt:vt refert tul.i tuscul.questionū libro.iiij. Si ergo est ī stultis libido inıtiata aut cupiditas effrenata.non voluntas est rationalis sed appetit⁹ est bru

talis.qr volũtas rõne dirigeť ⁊ appeti tꝰ sensualitate decipiť. O vtinã q̃ mali sũt saltẽ bõi fieri cupiãt. nã magna ps bõitatis ẽ velle fieri bonũ: vt inquit se neca ad lucil. epistola. xxxiiij. Si autẽ dicas hoc velle non posse:audi tul.lib. de fato.motꝰ inq̃t. ,volũtariꝰ cã natu rã cõtinet in se vt sit in nostra ptãte no bisq̧ pareat.nam oẽ honestum volun tariũ est.nõ eni honestũ esse põt qd nõ est liberuz:vt inquid sene. ad lucil. epl'a lxvi. Sed prodholor plures nec bene a gunt:nec quod magis dolendum est e mendari volunt. Ueruntamen magna pars profecto est velle proficere inquit seneca epistola.ij. Nunquid ergo lau dabile foret si que deo placẽt homo so lũ velit. vnde seneca ad lucil.epistola lx xiiij.placeat hoi q̃cq̃d deo pla.sed mul tis hoc graue ẽ nec de facili posset eoꝝ ipietas reuocari:qr teste qui.li. iiij. de oratoria institutiones nichil facile per suadetur inuitis. Si quis etiã aliquid inuitus agat:laudem non promeretur vñ narrat valerius libro secundo.

Ictus modestus hone- statem corporis sanitatem q; atq; mentis prosperitatẽ conseruat. vnde seneca libro de quattuor virtutibus. Et citra satu- ritatem bibe citra ebrietatem. obserua ne in conuiuio nec in qualibet commu nitate quos imitaberis damnare vide aris. Nec presentibus delicijs inhere- bis: nec desiderabis absentes. vict⁹ ti- bi si ex facili: nec ad voluptatẽ: sed ad cibum accede palatum tuum fames ex citet non sapores desideria tua paruo redime: quia hoc tantum curare debes vt desinet: atq; ita quasi ad diuinum ex emplar compositus a corpore ad spiri tum q̃tũ potes adducere: festina ideo terentius in andria actu primo ⁊ scena prima. Id arbitror apprime invita vti le esse ne quid nimis. et hieronym⁹ cõ- tra iouinianum. Galienus inquit do- ctissimus itẽ pres hypocratis athletas quorum vita et ars sagina est dicit in exhortatione medicine nec viuere pos se diu nec sanos esse: animasq; eorum ita nimio sanguine et dapibus inuo- lutas: vt nichil. tenue nichil celeste cu- rent: sed semper de carnibus et victu: ⁊ ventris ingluuie cogitare solliciten- tur. Absit igitur a viro sapiẽtie crapu la. Nam veteres cum parcimonia vi- xisse leguntur. Unde socrates sole oc- cidente conuiuium cogitato. Ipse eñi socrates tẽperatissim⁹ extitit: vt vnica refectione serotina cõtẽtabat. Ipsius temperantiã commendat. Au gellius libro primo. Plurimorũ tamen exor- bitant iudicia. Quam enim gulã ꝑter tu vite excusant. Dicunt enim viuere oportere quod verũ est: sed castrimar- gie voluptas non est via ad vitam sed dissipatio nature est. vnde boetius. ij. de cõsolatione. Paucis minimisq; na- ture cõtẽta est natura cui⁹ sacietatẽ su perfluis replere velis aut iniocũdũ aut i noxiũ volueẽ. Itaq; nil cõgruẽti⁹ viro iusto et prudẽti q̃ sobrietas dicẽte ou dio in ep̃lis. Est virtus placidis absti- nuisse bonis. nec ꝯqueraris si te faciat abstinentia fragilem. Nam fragilitas moderata sepius est nutrix virtutũ iux ta illud valerij. lib. ij. ca. i. Bone quoq; valitudinis quasi quedã mater est fra gilitas: inimica luxuriosis epulis ⁊ ali- ena nimie vini abundantie: ⁊ ab immo derato veneris vsu auersa. Nec ergo ti meas per abstinentiam fragilis fieri si moderata fuerit: tũc enim vitijs alimẽ ta tollis quando immoderata fercula atq; pocula renuis. ideo senec. libro de moribus. Abstinentia inquit est sũma medicina: ⁊ valerius libro. ij. capitu. i. Fuit inquit ãtiquorum illa simplicitas in cibo capiendo humanitas simul ⁊ cõ tinentie iudex certissima. itaq; per cibi simplicitatem obtinuerunt vt eorum hu manitas continentia esset. et subdit. Maximis viris prandere ⁊ cenare im propatulo nõ erat verecũdie. quia nec epulas habeãt quas oculis p̃p̃li subij cere erubescerẽt. Uini etiã vs⁹ olim ro manis feminis ignotus fuit ne in ali- qđ dedec⁹ ꝓlaberẽtur: proximus a libe ro p̃re intẽperantie grad⁹ ad incõcessã venerẽ esse cõsueuit. Et Au. gelli. lib. i. Parcimonia inquit apud veteres ro- manos et victus atq; scenarum temeri tas non solũ domestica obseruatiõe ac disciplina: sed etiã publica animaduer sione legum custodita est. vnde didim⁹ ad alexandrum. Gens inquit bragma- norum pura et simplici vita viuit: nul lis rerum capitur illecebris nichil ap- petit amplius q̃ ratio nature flagitat. Facilis inquit nobis alimonia luxurie sagittas. non perquirit: sed quam tel- lus ferro laborata nobis profert ali- moniã hãc nostris mensis apponam⁹. Et hic est q; nulla genera morborum sci- m⁹ sed diuturna salute pfruimur. Medi cine eñi remediũ nobis pcimonia ẽ: q̃ non solum illapsa potest curare dolo- res: sed etiam procurata ne veniant. His igitur verbis atq; exemplis clare

apparet maxime vtilitatis fore sobrie tatem qua corporis et mentis prosperi tas roboratur qua mediante veteres sanitate atque virtutib⁹ floruerūt. Illos tamen sobrios aut abstinentes nō cre-dimus quibus mos est aquam bibere: panem grossum edere: nisi ex his con-tententur. Nam tunc vere abstines qñ in parcimonia vite non molestaris sed delectaris nulla enim coacta virtus est. seneca ad lucillum. Non est inquit iocunda res aqua et polēta aut frustū ordeacei panis: sed summa voluptas ē posse capere etiam ex his voluptatem et ad id se duxisse quod eripere nulla fortune iniquitas possit: tanq̄ dicat q̄ virtus abstinentie tunc summa est: qñ qui obstinet et abstinendo delectatur. ideo gaufredus in poe. Quando te re ficis dapibus non sis ita plenus vt ni-chil apponi queat. et subdit. Nō quātū possis sed q̄tū prosit. et magister scilo Vis ne inquit cōuiuari vis delicijs sa turari. Istud tibi presto dictum breue sobrius esto. Nam qui sobrius non est sed potius edax: brutis comparatur ꝛ corpore non mente pascitur vñ oui. li. i. de arte. Certa tibi daẗ a nobis men sura bibendi officium prestent mensq̄ suum. Reuera sobrietatem in se amare habet: in alijs qui querit. Petunt eniꝫ omnes patres filios sobrios ac vxores abstinentes. Nunquid ergo vita tenui cotentari debent: ex quo eaꝫ desiderāt: in his quos amant. Nā priamides hele nā rapuit speciosissimā sed eā odio ha buisset si auide comedentē prosperisset quia scꝫ oēs sobrietatē i suis vxoribus petūt. vñ oui. iij. de arte. Carpe cibos digitis est q̄dā gest⁹ edendi priamides helenaꝫ auide si spectet edentē oderit: et dicat stulta rapina mea est. Verum-tamen vt frequenti⁹ gula imperat mul tis ebrietatiq̄ plurimi intendūt: quib⁹ nulla dies leta videtur in qua non cra pulentur. Utinam attenderent illud tibulli. libro secundo. Mixtaq̄ sit bac-cho sobria lympha modo. et lucanus Discite q̄ paruo liceat producere vitā et q̄tum natura petat: quia scilicet edē dum est citra saturitatem et signanter si quis eger fuerit: si vitijs aliquib⁹ de ditus quinimo viris etiā studiosis so-bria vita cōpetit. vñ eunodi⁹. Sobrie tas sēp studijs referaẗ honestis Nulla fides letis ītegra nec dubijs āplector sanas quas dat bona femina frondes Post culpas aīe sunt holocausta dei.

Capitulum. xi. de ebrietate.


Ebrietas mentem eb-tat: secreta reuelat: gest⁹ de turpat: eloquiū scandalisat: nūc leticiā ieptā mūne lites gñat corporis vires extermināt: cadere iubet: nō agere phibet: redē īpedit: sēsū alienat: obliuionē idicit libidinē mo uet: nauseā puocat: visū minuit: mēbroꝝ tremorē causat. ꝛ ab omni v̄tute homi nē destituit si p̄cipue cōtinuata fuerit vñ galterus in alexā. li. iij. Ratiōis vi-le sepulchruꝫ ebrietas ob hoc ē oui. de arte. Uina parāt animos faciūtq̄ colo ribus aptos. Nūc veniūt risus tūc pau per cornua sumit. tūc dolor et cure ru-gaq̄ frōtis abit: quia scilicet ebrietas sepius colorem et venustatem extrinse cam ostendit et lubricitatis deuia que rit ꝛ ideo subdit. Iurgia precipue vino causata caueto: ꝛ nimiū faciles ad fera bella manus. ideo idem secundo de re-medijs. Uina parant animos veneris si plurima sumas: vt stupeant multo cor da sepulta mero. his etenim verbis pa tent damna que per ebrietatem gene-rantur. vnde seneca ad lucillum episto la octuagesimasecunda. Nichil aliud est ebrietas q̄ voluntaria insania. om-ne vitiū ītēdit ꝛ detegit verecūdiā rē̄o uet v̄ba dubie oculos īcertū gressū er rantē vertiginē capitis ꝛ cetera huius modi causat. Nā ebrij sero omnia que uis promittunt sed mane obliuioni tra

dunt. vnde marcialis coc⁹. Nō faciūt quicq̄ pocula; nostra reum. Si enī per ebrietatem commoditas resultaret: si vini repletio corporis validitatem augeret: ebrietas fortassis excusationem haberet. Ipsa tamē omnia incōmoda infert: nulliusq̄ honestatis speciē hab₃ vnde seneca de naturalib⁹ questiōib⁹. Iubes me inquit cum luxuria litigare quotidianū illud et sine effectu iurgiū₃ est: litigemus tamē. et subdit. Ubi inq̄t est ebrietas continua ibi corp⁹ icalescit nec ebriosus sitim extinguit. eius enim sitis naturalis nō ē: et cor eius luxuria coquit. Hi etei q̄to plus satiari putant tanto magis pocula peroptāt. q₂ effrenatus est appetitus eorum: et seclusus ab oī iugo rationis cū quibus etiā litigare turpiloquiū ē: ex quo minime rō dominatur in eis. vnde in prouer. sapiētū dicitur q̄ absentē ledit qui cū ebrio litigat. Nā qui ebri⁹ ē licet corpore presēs: nō tamē adest mēte: q₂ vsu ratiōis caret eiusq̄ mēs absens est nec litigāti adest. Si igitur stultū est litigare cum absēte quid igitur ebrioso petis. Ipsi⁹ enim sūt sermones quos profert. i₃ crapula suo veneno fauces ⁊ lingua detur pans inexecrabilia verba sepius ꝓmittit ⁊ leticiā quādā₃ stultā vanā et loquacē gignit. vnde simachus in epistolis. Leticia res loquax ē atq̄ ostētatrix sui nam ebriosi cū suis crapulis letificati cum fuerīt iactātias emittūt. laudibus proprijs intendūt ⁊ quicquid proferūt stulticia innuit plurimosq̄ sapiētes ad ignominiam ebrietas deduxit.


Capitulum xi de vitio gule



Gula superfluitas om. ne autem superfluum resecandum est alias. n. corpori nocet. Gula etenim sua voluptate animum allicit ad praua et more serpentino occulta sua venena diffundit. iuxta illud vergilij in buccolicis. Trahit sua quēq̄ voluptas. ⁊ sequit. Qui legitis flores et humi nascētia fragra. frigid⁹ o pueri fugite hic latet anguis ī herba. q₂ lic₃ ī vita delicata et gulosa vitia venenosa latitant. Nēpe ī grādi comessatiōe scelera crescūt ⁊ raro rebelliōis sumit audatiam. vnde petrus de riga. Spiritus ad corpus victus ab hoie reddit. Uirtutibus anime sic p̄iceps destruit armis. ⁊ subdit ad ꝓpositū. Cui parat ipse cocus dās renouansq̄ cibos. Na₃ neq̄ quis poterit virtutū tangere culmen. Si domictur eis ventris iniquus amor: Ueruntamē mundi sequaces gule studio tantū modo vacant. ⁊ cōuiuiorum adinuentiones excogitant varietateq̄ ciborū studentes in ferculorum abūdantijs gloriātur. Hec aūt omnia diogenes phūs sp̄euisse legit. narrāte valerio. li. iiij. ca. iij. vt supra dictū ē Heu quid tibi prodest si ventre repleto pigritare incipias. Si enim comedere gloria tua est Cur ergo tantū comedisti vt tibi desit gloria tua cu₃ edere ampli⁹ nō possis? Reuera comessatio turpis gloria est. Uerūtamē qui in ea gloriantur gulositate ea priuantur. Si enim sobrietatem non diligis eo q̄ virtus sit saltē sis sobrius vt comedere possis et edendo delecteris. nam absq̄ desiderio mādūcare nulla complacentia est. Discant igitur comessatores eu ita re gulam vt eo₂ gloria licet inepta non perdatur. Utinam tñ abstinerēt non comessandi sed penitēdi causa propter deum. Id enim quod sine merito facerēt in deū refe rendo sibi proficeret: et fortassis illud onus abstinendo nō inuenirent quod comessando reportat. vnde tulli. in rhetorica secunda. Comedere inquit oportet vt viuas nō tamen viuere vt comedas. Sed prochdolor teste sen. li. vij. de naturali questione. Homines nō sūt ad pempinā dentibus ventre et ore contenti: sed etiā oculis gulosi sunt Ideo seneca. ad lucillum epistola. vi. Taurus inquit pacu moru iugeru

pascua impletur: et vna silua pluribus elephantibus sufficit. homo vero ex terra pascitur et mari. Veruntamen non fames hoc ventris facit sed ābitio. Si ei regularet qs vitā suā delectabiliter modico cibo ꝯtentaret. Ciborum ei varietas et delicacitas sepiꝰ opinione potiꝰ q̄ re placere credit. Nā plurimi cibos magnis sūptibꝰ sibi iubēt deportari: qꝰ tn̄ accidit: vt ea postponat ferculis quotidianis quibus vti soliti fuerunt vnde quintilianus libro. viij. In grandibus cenis hoc sepe nobis accidit: vt cū optimis satiati unꝰ varietas tamē exuilioribus qnq3 nobis grata est itaq3 edacitas non necessitate aut bonitate: sed potius voluptate fertur. Unde lucanꝰ O prodiga rerum luxuries nunq̄ paruo contenta paratu: ambitiosa fames et laute gloria mēse: dis ite q̄ paruo liceat producere vitā. Et eunodius. Tubera: perdices: grus turtur et huiꝰ non explent vterū corpora mille tuū: quasi dicat q gulosi satiari nō possunt: cui tamen venter humanꝰ modicus existat. ideo marcialis cocꝰ. Liber non potest et gulosus esse liber eris cenare foris si maxime molis: vegentana tuam si domet vna sitim. Que verba nil aliud sonant: nisi q vir gulosus seruus est: et subiectus castrimargie et auiditati que sepius prouenit ex cōuiuijs forinsecis quibus hominis regula violatur. Ob hāc enim causam legimus augustinū extra domum propriam conuiuari noluisse. Nam teste petronio. ingeniosa gula ē debet ergo contentari homo id sumere quod pro vita satis est. vnde bernardꝰ siluester in microcosmo. Effluit occiso corpore totus homo. Sic sibi deficiens peregrinus indigetescis. Sudat in hoc vitam denichilat q3 dies: quia scilicet transit homo vitam: dies q3 suos cum cibo mortali quo eti habet. Magna igitur ineptitudo est cum epicuris in commessatiōe gloriam constituere qua omne bonū corporis et anime retardatur.

Capitu. xiiii. de penitētia nō differenda



Penitentia medicina est anime in remediū peccatorum. q̄ graue est igitur infirmo medicinā expectare tam onerosū magis est sapienti aut esse debet penitentiam delictis propiciam differri sene. ii. de moribus. Multos inquit vitam differentes mors incerta preuenit. Omnis itaq3 dies velut vltimus ordinandꝰ est itaq3 nulla dilatio facienda est. idē seneca epistola prima ad lucil. Quicquid inquit etatis est mors tenet. Stultum est igitur differre id quod te postmodum posse facere nescis. et epistola lxxi. Id agamus vt omne tempus nostrum sit quod non erit: nisi prius nostrum esse reparemus. et li. v. de bene. Quis extremo die audeat dicere vixi et quē dederat cursum fortuna pegi. Hoc enī dicere non possūt qui penitere distulerūt q̄ bene agere ꝑcrastināt. tales enī non viuūt: sed languent: q2 teste oui. de ponto. Nā genꝰ est mortis male viuere O igitur q̄ reprimēda eorū stulticia q̄ de die in diem se victuros putāt insipientibus q3 dilationibus totam vitā absq3 meritis terminant: de quibus marcialis cocus. Cras te victurum cras dicis posthume semper. Dic michi cras istō posthume quando venit. et subdit. q̄ lōge cras istud vbi est aut vnde petendū Nunquid apud partos armenios ve latet. hoc cras: cras istu d q̄ti dic michi possit emi. et cōcludit. Crede michi nō est sapientis dicere viuam. Hec tamen insipientia hominum est q in spe transeūt dies suos: et vsq3 ad senectutē absq3 bonis moribus perueniūt. sene. epla xiij. ad lucilum. Quid turpius q̄ senex viuere incipiens. et epistola. xxiij. Quidam tūc viuere incipiūt cū desinēdū est et epla. vi. Ante senectutem curaui: vt

bene viuerem vt in illa bene moriar. Reuera prudentes hoc faciũt q2 diem absq3 bono opere aut penitentia abire nõ ꝑmittũt qđ facere stulti negligunt. vñ possidoni⁹. Un⁹ inq̃t dies hoim eruditorũ plus placet q̃ imperiti longissima tp̃a. Sed vñ pluriũ gignitur stulticia: ita etiã vt in nõ certo tp̃e confidãt. Hoc enim ideo accidit vel q2 tanq̃ bruta sine cõsideratione mortis viuũt aut vitã futurã nõ sperãt aut deũ iudicẽ nõ credũt vel pctã sua grauia nõ putant. vel ꝓpter spẽ mĩe diuine penitere non curãt qđ tñ gentiles plurimi fecisse leguntur. vñ sene. ad lucil. ep̃la. xxviij. Initiũ inq̃t salutis est noticia pcti. Nãqui peccare se nescit corrigi nõ vult. ideo q̃tũ potes teipsũ argue. sc3 p penitentiã q2 teste eodẽ sene. i agamẽnone. Quem penitet peccasse pene inocẽs est. vñ li. de moribus. Alteri semꝑ ignoscito nbi ipsi nũq̃: q2 sc3 vnusquisq3 ꝓ delicto semper penitere habet. Ille autem penitet cui verecũdia delicti adest. vnde socrates. Peccatum geminat quod non est pudibundum. ideo ouidius in ep̃lis. Erubui gremioq3 pudor deiecit ocellos. Hec sacris in tacita signa fatẽtis erant. et. ij. de tristibus. Heu michi cur vidi cur noxia lumĩa feci. His verbis manifeste apparet gentiles ꝓ suis delictis penituisse. Peramplius ergo gens christiana pro criminibus penitere tenetur cum sit ex gratia obligatior in lege celsiori in spe potior in vocatione specialior. Assit igitur pro sceleribꝰ penitentia vt sine dilatione euanescant vnde sedulius libro primo. Culpa fugit cedunt lachrimis delicta refusis. & prosper. libro epigramma. Conuerti namq3 ad dominum certissima vita est. Et pacem offensi querere sola salus. Qui terret parcit qui percutit ipse medetur. scilicet per penitentiam.

Capitulum xiiij. de liberalitate.



Iberalitas vendicat amorem & homĩes ad magnos promouet honores. vnde liberalitatem describit didimus ad alexan. Liberalitas est rei cõicatio nesciens pati dispendiũ cum in alterum participata transfunditur: & sicut ex vna face ii lumina succendis nullũ damnũ sequitur sic nec liberalitatis beneficiũ incõmodũ affert dicente boe. ij. de consola. Diuitie inquit magis effundendo q̃ coaceruando nitent. tunc enim preciosa est pecunia cum translata in alios largiendi vsu desinit possideri. Auaricia semper odiosos. claros largitas facit. vñ cassiodorus ep̃la. iiij. Libenter inquit oĩbus prebeamus assensum quotiens iusta est vox pòscentiũ nec decet esse difficile beneficium quod non potitur largitate detrimẽtũ. Hi tamen liberales putãdi nõ sunt: quoꝝ largitas & vt melius dicã expẽsa immoderata est sub ꝓdigalitate aut cum reciproca vtilitate vnde seneca li. primo de benefi. Cõmẽdat beneficiũ non ex quantitate muneris: sed ex voluntate: beneficium inquit est beniuola actio: spontanea atq3 gaudiosa nec refert quid detur: s3 qua mẽte et subdit. Magis inquit nos obligat qui parua dedit magnifice & libenter q̃ qui dãdo se accepturum putauit muneris sui occasione. vnde varro ex sententijs. Ex animo dantis censetur munus magnũ. & in prouer. sapientum dicitur q̃ his datu3 est quod opus est. q2 sc3 muneris circunstantia bona est. quando qui dat indigentiã respicit accipientis. His etenim documẽtis clare apparet beneficia eo fieri laudabiliora quo fiunt discretius animoq3 meliori. vnde matheus in lib. de tho. Affectus preit effectum: non aspice q̃tum sed sit at ex q̃ta sedulitate datum. & subdit. Uerus amicus dantis in affectu nõ ra tiõe patet. Da cito da gratis gratũ ne

gratia fiat venalis grato munere .gratus eris . prodigus mensuram exedit. largus honori seruit fructificat parc⁹ auarus eget:et ancilla dei simplex elemosina mortis antidotum venie porta salutis iter.liberat a mortis laqueis elemosina sordes abluit actori dulce p orat opus vitam perpetuat venturum prestat honorem . vnde marcialis coc⁹ grande sui precium muneris actor habet.Quas dederis solas semper habebis opes.Erubescant igitur auari sua largiri timentes.Nam terrena possessio solum commodata est quam distribuere recusant iperante dominio cui⁹ est. Uult enim deus vt pauper nō egeat his que in tua potestate posita sunt Uerum distributio sapienter et caute facienda est. Nam iuste etmerito iusto largienda ē facultas sue necessitatisuccurrens.Itaqꝫ considerare oportet personam tempus facultatem obsequia ipensa et huiusmodi que liberalitatem concernunt.tullius. li.prim.de officijs Liberalitas inqt ꝛbeneficientia nichil est nature hominis accōmodatius.sed habet multas cautiones.Uidendū eni primum ne obsit benignitas et ijsipsis quibus benigne videtur fieri ꝛ ceteris Sunt enim multi equidem cupidi splēdoris et glorie qui alijs eripiunt quod alijs largiantur et sic alijs nocent. vt i alios liberales existant.Nos autēꝫ ea liberalitate vtamur que amicis prosit et nemini nocet. Deinde attendamus ne maior sit liberalitas ꝙ facultas. et tandem vt pro dignitate cuiqꝫ tribuat quod est fundamentum iusticie. nichil enim liberale est quod non est iustum. Deinde spectandi sunt mores eius in quem beneficium confertur et animus eius erga nos et communitas ac societas vite ꝛ ad nostras vtilitates officia prius collata.hec tullus Commemoremus tamen temporis huius largitiones.Rapiunt enim principantes a laborantibus vt distribuant pigritātib⁹ nec cernunt persone qualiatem sed propriam voluntatem eaqꝫ sepius prebēt que dare illicitum est. non tamen liberalitas est iniustum munus conferre. seneca libro debeneficijs.Nociua inqt nō dare inpetrantibus sed negare beneficiuꝫ existimamus.Nam turpissimi damni genus est icon sulta dominatio grauiusqꝫ est beneficium male ded isse. ideo catho.Cui des videto.Et macrobius in libro saturnalium. Beneficiū dando accepit qui digno dedit. Itaqꝫ consulte et prouide largienda sunt bona collata nobis .Nunc tamen hoc cōtingere videmusꝙ solis diuitibus munera dantur:nec dant diuites egentib⁹ sed egentes diuitibus prebent iuxta illud terentij i phormione.Quam inique comparatuꝫ est.vt hi qui minus habēt semper aliquid ditio ribus addant . et marcialis cocus. Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

Capitulum decimūquintum de bñficiis cito ꝛ gratis dandis.

Benefi ciuꝫ eo gratius ꝙ citus ꝛ sine spe mercedis tribuitur.vnde seneca.ij.de bñficijs.Ingratum est beneficium quod diu inter manus dantis hesit Grauissimis inquit viris nulla res charior constat ꝙ que precibus ēpta ē Molestum e st verbum et onerosum demisso vultu dicere rogo itaqꝫ maioris gratie minus est quo minus diu pepēdit.Ab antigono enī cynicus petijt talentum et respondit antigonus pl⁹esse ꝙ cynicus petere deberet. Repuls⁹ ergo petijt denariū et respōdit antigon⁹ minus esse ꝙ regem debere dare. Turpissima certe huius cauillatio qua iuenit quomodo neutrum daret i denario regeꝫ i talēto cynicū respexit cū posset denariū tāꝙ cynico dare et talētū tāꝙ rex.nichil ei tā exiguuꝫ ē qđ nō honeste regis hūanitas tribuat.Ex qb⁹ appa ret ꝙ vir liberal dilatiōis occasionē qrere

nō dʒ sed presto id coīcare quod decens cōcernit. nec tñ tādi tanta dʒ esse velocitas et incōsulta fiat donatio: sed deliberatiōe p̄habita. Si mun⁹ hec exigat mun⁹ dandū cito ꝛ hilariter dʒ impedi vñ sen. li. i. de b̄n̄fi. ees rep̄hēdit q difficulter et displicēter dāt: q̄ fatigati distribuunt: aut q̄ incōsulti impēdūt vnd Antignon⁹ inquit. Autdemus distulit: aut timide negauit aut promisit sʒ difficulter et subductis supcilijs: aut supbia abiecit aut fatigat⁹ dedit. His eni modis munera libere nō impēdūt: nec tñ deliberatio rexbāda est: qꝛ qui stulte aliquid prebet laudē nō meretur: et qui inuite prebet gratias habere nō debet. vnde varro in suis sēten. Ficte referat qs gratiā iuite dāti quod vix datū est: ne putes beneficiū. sed predā semel dedit qui rogat⁹ bis nō acquieuit extorquere autē est plus q̄ semel rogare. vnde eunodius. Argumentū est non merētis rogare diu. et in prouer. sapiētum. Beneficiū vere is dat qui celerit dat. ꝛ catho. Quod prestare potes ne bis ꝑmiseris vlli. Plur imos tñ nouim⁹ quibus mos est plurima ꝑmittere et modica dare: et si quid dederint hec dāt fastidio: aut pre pudore aut ꝓ sperato seruitio vel mercede: in quib⁹ nulla liberalitas est qꝛ nil dant sponte absq̄ reciproco munere: ꝛ si quid dederint ad improperāt ꝛ homines ipos seruos fieri suadēt. Verūtamē teste sene. ij. de benefi. Taceat qui beneficiū dedit narret qui accepit. ꝛ li. iij. Qui dat beneficia deū imitatur. qui aūt repetit: fenerator ē. et terenti⁹ i andria. Frequēs cōmemoratio beneficij. de amicitia. Meminisse indʒ debet beneficioꝝ ipe i quē collata sūt. nō cōmemorare autē q̄ contulit. et in prouer. sapientū. Beneficiuʒ qui se dedisse dicit petit. vñ stoici a collatore dixerūt beneficiū nō debere predicari ꝑut narrat sene. li. vij. de beneficijs. ꝛ marcialis cocus. Que michi p̄stiteris in euū semper q̄ tenebo. et subdit. Crede mihi q̄uis ingētia postume dons. Actoris pereūt garrulitate sui. Quot sunt enim qui distribuere nil vellent nisi famaʒ vel retri. inoquatē exinde se habituros sperarent. Jactantijs quoq̄ tumescūt et i omni colloquio que dedere et que non rederūt. et si quid dederint hoc ideo faciunt vt cultibus. et reuerētijs venerentur. Horū enim munera beneficia non sunt qꝛ nō alteri sed sibi processe querūt. Veruntamen bene ficiuʒ gratuitum esse debet ꝛ sine spe reciproce vtilitatis. vnde seneca. ij. de benefi. Hec beneficij inter duos lex est alter enim obliuisci statim debet et alter memor esse accepti. ꝛ iubdit. Detrahenda est manis iactatio relcq̄ loquantur nobis tacentibus. nam teste varrone. in suis sententijs. Turpissimuʒ est i datis sperare. et in prouer. sapientū dicitur q̄ pulcherrimuʒ est omnia prestare nichil exigendo. Attendere nichilominu⁹ hñt beneficia qui prebent nō solū vt commodum ex dato non sperent: sed etiam vt bonus sit ipse cui benficiū impendunt: qꝛ teste sene. v. de benefi. Nullus malo beneficium dare potest. quia quicquid ad illum peruenit prauo vsu corrumpitur. et quicquid illi commisseris ad onus suum ꝛ miseriā facit. Quecunq̄ enim illis contigunt in suam miseriam vertunt. ideo tuli⁹ li. de officijs In beneficijs inquit collaudandis mores hominum non fortunam sequi honesta ratio est. Attendat ergo beneficij collator persone qualitatem: nullamq̄ exigat commoditatem.

Capitulum decimumsextum de beneficijs cognoscendis.

Sicut illiberalis est qui sub spe mercedis munera p̄bet. sic ingratus nulloq̄ beneficio dign⁹ ē qui susceptū nō cognoscit bñficiū. Plurimū ei īgratitudo munera dari prohibet ꝛ hominū liberalitateʒ executione

carere iubet. vñ i prouer. sapientū dici tur q ingratus vnus miseris omnibus nocet. Reuera beneficiorū memoria fra gilis est. seneca ad lucillū. Nullū inqt maius malum habet cupiditas q q in grata est ppter obliuionem acceptorū. Uerum multi munera prebētes ingra tos eos faciunt quib' dant eo q de ip sis diffidunt: et se perdidisse quod dede runt dicunt iuxta illud senece primo de benefi. Multos quidez ingratos expe rimur sed plures facin'. Ipse enim p dit beneficia qui se perdidisse cito cre dit. Nichilominus tamen turpissimuz est ingratitudinis vitium mētem pmo lestat ingratam: iuxta illud sene. epla. xvi. ad lucillū. Torquet iquit se ingra tus et marcet odit q accepit. quia red diturus est beneficia. faciē exterminat et iniurias dilatat et auget. Uerūtamē sapiens beneficiū commēdat: et qui gra tus est assidua commemoratione dele ctatur: qui etiā bñficiū dedit ex ingrati titudine prudēs: si fuerit nō anxiatur i gratitudineqz nulli iputat nisi fortūe: et benigne iterptādo suffert: nec mutat aīm suū aduers' bñ meritos. Sz proch dolor pluriū ingratitudo hoc penetra uit excidium. vt bñ facere primo videa tur pluribus periculū. Nam beneficia q susceperūt frequēter solent eos fuge re a qbus susceperunt pre pudore quez gignit superbia ingratitudinis mater Alij vero suscepto vno beneficio ad ali ud mox absqz rubore currunt: et benefi centiam munificiorum in fastidium v tunt. Alij vero beneficium cum suscepe rint superbie conferentium ascribūt: il losqz infamant a quibus accepert affir mantes ex muneribus non nisi gloriaz querere fastum. Alij vero q beneficia suscipiūt indigentie cōferētiū attribu unt. Nam penes se dicunt: ideo his de dit: q2 me cōtet vel idigebit. Nouit eniz aut aliquo sibi pficere posse aut me efa milie sperat obsequium. Dicunt etiam plures beneficia pferri laudis sub pre

textu. Dicunt enim dona ipsis ideo fie ri: vt surripiatur vxor cū pulchra sit vl vt filia rapiatur: aut vt ancilla seduca tur: famul' subtrahat: vel vt familiari tate secretū aliqd eliciat. His etenim modis plurimi beneficia q etiā gratis dant i venenū et ob propriū mutāt. itaqz magnificētiā plurimi retardāt. Rurs' alij dona cum acceperint minime reco gnoscūt: sed quod mutuo susceperunt si bi dari cōtendunt restituereqz recusāt ideo sene. primo de beneficijs. Docen di sunt inquit qui libenter accipiūt li bēter reddere et eos qb' obligati sūt re animoqz non tantum equare: sed etiaz vincere. vnde eodem teste seneca. iiij. d benefi. Quidam iquit cū aliquid susce perint nichil se debere testant. Alij ve ro mutuum susceptum mox remittunt ne videantur debitores fieri: sed nimis cito soluere cupit qui inuitus debet: et inuitus debet ingratus est quod ita in telligas: quia inuite debere sepius q dam superbia est. humilis autez bonis obligari non debet vereri. et quedam ingratitudo est mutuo aliquid capere absqz vsu illius: nisi causa non indigen tie appareat qua comparante mutuuz fieri non debebat sicut enim qui conce dit vult sibi mutuū reddi. sic etiā ex vsu capta beniuolētiā sperat. Ingratus est igitur qui nō reddit qd accepit. Ingra t' etiā qui mutuate rei vsū cōtempnit vterqz enim fraudat largitorem. vnde methodorus. Beneficia inquit crescūt mora: et tāto plus soluēdū est qto tar dius et subdit ad ppositū. Ingratus est inqt q beneficiū reddit absqz vsu. Naz sepe quod datur exiguuz est: quod aūt sequitur ex eo magnū. Pulcherrimuz est tñ cum feruore moderato data red di. vt inquit varro in suis sententijs. Sed quomodo ista conuenire possunt vnus autem docet mutuare rei vsum capere alius suadet cito reddere. Re uera vsuz mutui spernere ingratitudo et superbia et cito non reddere facul


tate habita etiã igratitudo est. ille autē cito reddit qui vsu capto cōuētiōis tp̄e oportuno restituit: qui vero dedignat vsū accipere cōuētionisq̧ tenere formã nō dico q̄ cito sȝ nimis cito reddit. nã q̄ mutuat nō solū id sperat qđ largit sibi restitui: sed beniuolētiã fidē ⁊ amorē exinde captare licite intēdit. Absit tñ vt mun⁹ reciprocum expectet absit etiã qui recepit vt soluere cōtendat. Dicis fortassis te accepisse qđ reddere nō potes: aut enī te posse dū accepisti sperasti aut nō: si hoc sperasti fortuna improuisa est te non posse. Spera igitur q̄ tue fortune miserebitur ipse a quo accepisti que si recuset fortunaȝ patienter patere: cuius mos est instabilem esse. Si vero te reddere non posse presciuisti: cur ergo accepisti nam fraudasti tuū largitoreȝ. vnde in prouerbi. sapientum dicitur q̄ fraus est accipere quod nō possis reddere: ⁊ subditur. Plurima beneficia accipit qui scit reddere. ideo catho. Beneficij accepti memor esto. vnde refert seneca q̄ rex archelaus frequēter socratem inuitauit vt euȝ honorare posset: sed socrates renuebat dicens se nolle ab eo beneficia accipere cui non posset paria reddere. His ergo documētis colligitur q̄ gratus est qui beneficium reddit ⁊ qui suscepti beneficij vsum non respuit. Aliud tamen est beneficium petere: aliud est beneficium datum capere. Non decet enim vt diues pauperi petat. Decens est tamē vt munus a paupere datum gratanter accipiatur. iuxta illud cathonis. Exiguum munus cum det tibi pauper amic⁹. Accipito placide ꝑlene ⁊ laudare memento.

Capitu. xvii. de sufficientia ⁊ paupertate.

Ditissimus est sufficientiã qui habet. nec est indigētia: nisi ex immodesto appetitu nam stultū est appetere qđ habere nō possis. si autē habere potes tibi hoc posse sufficiat. Nil enim aliud petūt hoīes etiã sepi⁹ ãbitiosi. Si ei ex insufficiētia aut molestia paupertate bonū aliqđ cōtigeret: tūc fortassis irreprehēsibiles essent hi qui diuitias iugiter desiderãt aut q̄ rerū modicitatē habent: sed hec non nisi angustiã prebent homoq̧ cōtent⁹ ꝑ sufficientiã rebus ex modicis fit letior et hylarior diuitibus cōtinuis desiderijs vacãtibus: quoȝ mens indeta tristis ⁊ sollicita ē rebusq̧ suis p̄ cupiditate vti nō audēt: sed his aggregãt q̄b⁹ postremo sūt in derisū. Cōtētate igit exigua domo tua ⁊ ī pace viuas his vtēdo q̄ tibi sufficere debēt: vñ qui. cã. xij. Humile inq̄t tuguriū cū sufficientia regnum facit. ⁊ varro ī suis sētētijs. Nō essem⁹ pauperes si nescirem⁹ q̄d esset paupertas. Illi autē quid sit paupertas nesciunt qui suam modicitatē mediante sufficientia paupertatem non arbitrãtur: quia teste valerio. iiij. capitulo quarto Omnia nimirum habet qui nichil concupiscit eo quidem certius quo cuncta possidet: quia dominium rerum collabi solet. bone mentis vsurpatio nulluȝ tristioris fortune recipit cursum. et seneca epl̄a. i. ad lucillū. Non puto pauperem cui q̄tumcunq̧ satis est. ⁊ idem epl̄a. ij. Pauper est non qui parum habet sed qui multum cupit. Quid enim refert q̄tum in horreis iaceat ⁊c. ⁊ subdit. Optimus inquit diuitiarū modus est habere quod necesse est: et proxim⁹ habere quod satis est. idem epistola. iiij. Magne inquit diuitie sunt composita paupertas lege nature. Nam lex nature scit quo egeamus. Petit enim non esurire: non sitire: non algere. Sȝ nō est necesse maria trãsire: castra sed

aut ex forma pendere. ideo plautus in aulularia. Sibimet esse sufficientē primum bonum est. Posco enim vt attendamus veterum sufficientiam paupertatemq; placitam. Nam de diogene refert seneca q potentior erat alexandro omnia possidēte: q2 plus erat quod iste nollet accipere q̃ quod ille posse dare. De isto diogene valeri. iiij. ca. iij. narrat q alexander qui cognomen inuicti assecutus est continentiam diogenis cinici vincere non potuit. & ibidē refert q cum siracusis diogenes olera lauaret aristipp9 ei dixit. Si inquit dionisium adulari velles non ita esses: cui diogenes. Et si ita velles esse dionisiū non adulares. vnde hieronimus cōtra iouinianum de diogene refert q dupliciq; pallio vsus fuit propter frigus peraz pro cellario habuit: & clauā ob fragilitatem & senectutem ad membra sustentāda ferebat in doliovolubili se habere domū iocabatur & īvestibulis portarū morabat. tpēq; frigoris os dolij vertebat in meridiē. & iuxta motum solis voluebat. & cū quēdā puerū manu bibētē vidisset. tūc vasculū suū ad terraz proiecit dicens. Nesciebam inquit q natura poculum haberet. Eccequanta sufficientia & cōpleta paupertas. vñ tul. li. de amicicia. Honesta inquit res est leta paupertas. Illa vero non est paupertas si leta non est: sed misera. Si enim alicui sua non videntur amplissima: licet etiam totius mundi dominus sit. tamen miser est: et idem Tullius in paradoxis. Contentuz esse rebus suis optime certissimeq; sūt diuitie. Queso enim vt ad naturam viuas nunq̃ porro pauper eris: sed ad opinionem si vixeris nunq̃ eris diues. Nam exiguum desiderat natura opinio immensū multisq; parasse diuitias miseria fuit. Re uera penes me cōsimiles sententias se peruoluens didici q tanto quis est infelicior pauperior & miserior: quāto de operibus cōtinendis curiosior. Quosdam etenim noui quorum totum studium ditari fuit: non quidem per insufficientiam sed per abundantiam. quibus etiam cura non fuit quo pacto vel qua fraude facultatem sibi aggregarēt eorumq; somnia de solis nummis erant turpiq; conquestu etiam notorio repleri nō erubescant: qui tamen in plenitudine desideriorum suorum decesserunt et ad mortem dum agonisarent sollicitudo eorum tota de suis facultatibus erat: et ex fraudis timore lectum fieri petebat in loco plenitudinis bonorum suorum: pluribusq; monētibus de salute vt cogitarent audire contemnebant itaq; in suis infelicissimis desiderijs vitam vt deus scit terminabant: vtinam feliciter. O mala cupiditas: o desiderium insatiabile cur hominem ita inuoluis. Nō potest enim corpus nisi vestes modicas terre: paucisq; cibis pascitur venter. Abscedat ergo infesta cupiditas et leta paupertate vitam manuducamus. dicente cathone. Infantem nudum cum te natura creauit. Paupertatis onus patienter ferre memento. Quod nimium ē fugito paruo gaudere memento. Commoda nature nullo tibi tempore deerūt. Si contentus eo fueris quod postulat vsus. et Gaufrid. in poe. liber is est vitijs qui non innernit abundans: cui satis est quod habet satis illum constat habere. pauper autem est qui plus cupit. vnde Galterus libro quarto in alexandro. Animū nullius egentem non res efficiunt: sed sufficientia quamuis sit modicum si sufficiat nullius egebit. & mathe9 i thobia. Non rerum cumulus: sed sufficientia ditat. Si tibi sufficiant paucula diues eris.

¶ Capi. xviii. de auaricia vitanda.



Uaricia abisso comparatur insatiabili: sicut aũt aquas sine fine deglutit sic auaro nichil suffcit. nã teste salust. i catil. Auaricia fidẽ ꝛ ꝓbitatẽ ceterasq; bonas artes subuertit ꝛ ꝓ his superbiã crudelitatẽ deũ negligere: oĩaq; venalia hr̃e docuit: auaricia pecunie studiũ habet quã nemo sapiẽs cupiuit. hec virilẽ effeminat ĩsatiabilis ẽ nec copia vel iopia minuit. vñ sene. ĩ declamationib⁹ li. iiij. Muliebriũ viroꝝ fundamentũ est auaricia. ꝛ idẽ sene. ad lucillũ. ep̃la. lxxiij. Stulta inquit auaricia mortaliũ ꝓprietatẽ discernit: nec q̃cq̃ suũ eẽ credit: q2 semꝑ diffidit. Quãobrẽ quĩti. lib. viij. Eque deest auaro qđ hꝫ: sicut qđ nõ hꝫ: q2 teste boe. ij. de conso. Auaricie nihil est satis vñ tul. li. ij. de offi. Nullum viciũ deteri⁹ ẽ auaricia. ꝛ lib. de senectu. Quid inquit auaricia senilis sibi velit nõ intelligo. q̃d eĩ absurdi⁹ esse potest q̃ q̃ min⁹ restet vie eo plus viatici querere. qđ faciũt aliqui senes q̃ q̃to sunt seniores q̃to min⁹ sũt victuri tãto fiunt cupidiores. Cesset igitur cesset auariciat ĩ aĩo tuo: q2 teste tul. rheto. i. Auaricia oẽm hoĩem ad qđuis maleficium ĩpellit. vñ vale. li. ix. ca. iiij. Auaricia ĩquit est latentiũ indagatrix lucroꝝ manifeste p̃de auidissima vorago: neq; habẽdi fructu felix ꝛ cupiditate q̃rẽdi miseria. hec enim plurimos occidi suasit ꝛ ad desperationẽ plurimos ĩduxit. vñ refert q̃ cũ septimul⁹ ꝓpter multitudinẽ auri ꝛ argẽti ĩ mari se perituꝝ videret: maluit mergi q̃ suas opes ĩ mare proĩci. Hic eĩ diuitias nõ possedit: sꝫ ab eis possess⁹ est. titulo rerisule aĩo pecunie miserabile mãcipiũ. Auar⁹ nãq; plusq̃ in deo in suis opibus cõfidit. nullisq; proficere curat ex his que habet pauperes odit et diuitibus etiã nõ amicatur. vnde in prouer. sapientum. Auarus nisi cũ moritur nihil recte facit nec potest auaro fere peius optari q̃ vt diu viuat. Nulli eni auarus bon⁹ est: sed iopi pessimus: negãdi causa nũq̃ auaro deficit sapiẽti tñ cõgruit pecunie imperare nõ seruire. nã pecunia nõ satiat sed irritat. vñ hora. in p̃mo epistolarum epistola secunda. Semꝑ auarus eget certũ voto pete finem. ob hoc versificator. Cur homo qui cinis es ꝑ auariciã sepe lis es. Cur heres aeris qui non eris heres. Quando sepultus eris possessor non eris aeris. Dici sepe putes tu qui sub marmore putes. Nõ hodie quod heri nouus heres imperat aeri. Sed ad hoc homines non attendunt nec considerant diem extremum: in quo omnia deserentur: vnde galter⁹ viij. in alexan. Quid tibi diuitijs op⁹ est. ꝛ subdit. Quanto tibi plura parasti tanto plura petis et habendis acrius ardes. ꝛ ouidius p̃mo methamor. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Iamq; nocens ferrum ferroq; nocentius aurum: ꝛ li. iij. Inopem me copia fecit. ꝛ libro. ij. Auarus vix opes ipse suas animo capit. ꝛ maximianus. Partis pena est ĩcũbere reb⁹ quas cũ possideas est violare nephas. efficior custos rerũ magis ipse mearum: cõseruãs alijs que periere michi: ꝛ semꝑ retinẽs nil tumuisse puto: auri cec⁹ amor natiuum vincit amorem. et ouidius secundo sine titulo. Querit aurus opes et qui lassauit eundo equora periuro naufragus ore bibit quia scilicet mare sepius absorbet q̃ auari magnis laboribus coaceruãt. Hi etenim bona quedam tanta auiditate quandoq; tã diu custodiunt quod perduntur consumuntur. aut saltem deteriorantur: pauperibusq; dare nolunt ea quibus vti non possunt. de quibus iuuenalis libro quito satyra. ij. dicit. Diuites bona plurima custodire qui pretermittunt pauperibus erogare. ideo sic ait. Sed quo diuitias hec ꝑ tormenta coactas. Cũ furor haud dubius cum sit manifesta fre

nesis: vt locuples moriaris egēti viuere fato. Interea pleno cum turget sacculus ere. Crescit amor nūmi q̄tū ipa pecunia crescit. Et min⁹ hāc optat q̄ nō h₃. Tantis parta malis cura maiore metuq₃ seruant. Misera ē magni custodia census iul. rhe. i. Cupiditas est gen⁹ omnium libidinū et in puerbijs sapiētū. Cupiditates fugere regū ē vicere. valerius vij. Inutiliter aliquid cupere et in eo perseueranter morari: hec dulcedo vicina est exitio. ideo seneca ad luciliū epist. xxviij. Nemo inquit nostrum idem est quod fuit pridie. Nam quicquid vides currit cum tempore nichilq₃ stabile vel solidum est: et nos tamen ea cupimus tāq̄ sint semper prospera nobis. aut tā q̄ simus ea semp habituri. Reuera hec auaritie conditio est in egestate cupere et bonis aduenientib⁹ peramplius desiderare. tu. libro de paradox. paradox. i. Neq₃ expletur vnq̄ neq₃ satiatur cupiditatis sitis: nec solum agendi ea que habent libidine cruciantur homines: sed etiam in amittendi metu₃. vnde didimus ad alexandrum. Est inquit ferocissima pestis cupiditas que solet homines egenos quos capit efficere. Omnis enim cupidus egenus est. quia et si bona habet ipsis non audet vti. vnde refert elinandus q̄ in obsidione hannibalis trecenti prenistini reclusi fuerunt victualibusq₃ carebant. cumq₃ tamen inter eos auarus quemdam murē accepisset maluit alteri cuidam p ducentis denarijs vendereq̄ sue fami puidere. itaq₃ ipe auar⁹ cum ducentis denarijs fame mortuus est: sed emptor dei puidentia vixit. Ecce q̄ta cupiditas que hominem ita detinuit vt poti⁹ seruiret cupiditati q̄ pprie saluti. vn̄ lucanus libro. iij. Ferum mortemq₃ timere auari nescit amor. et virgili⁹. iij. eneidos. Quid nō mortalia pectora cogis auri sacra fames: ideo. Catho. Dilige denariu₃ sed parce dilige formam. Illi enim parce denariorum formam diligunt qui pro sola necessitate querunt. Sed formam illi desiderant qui denarios vendicant nō pro necessitate sed pro superflua auiditate quod faciunt diuites. iuxta illō petronij. Hoc magis sitiens erit omia cernēs. Qui tenet et sicco decoquit ore famē. et marcialis cocus. Fortuna multis dat nimis nulli vero satis signāter auaris. prosper in epigrā. Nec pax sollicitis. nec modus est cupidus. et magister seilo. Non bene d. ignus equo cui charior ē equus equo quod tamē accidit auaris qui res vltra equum id est iustum diligunt.

Capitulum decimum nonum de rapina et fraude.



Raptor nil licite suo raptu conquestat. Quicquid eīm pretextu fraudis acquiritur male possidetur. tullius iij. de offi. Detrahere aliquid alteri et hominis incommodo suum commodum agere magis est contra naturā q̄ mors q̄ pauptas q̄ dolor q̄ cetera q̄ possūt aūt corpori accidere aut rebus externis. et philippica. ij. Male inquit parta male dilabunt. Nēpe difficile est vt q̄s ex rapina psperet. si q̄s ei suis dieb⁹ gaudere videat his q̄ rapuit: eius tn̄ psperitas aut nō erit diuturna: aut in successoribus non durabit. iuxta illud senec. ad lucilum. Nulli inquit cui rapina feliciter cessit gaudiu₃ rapti durat in posteris. Nec mirum quia nullum violentum perpetuum. Rursusq₃ mirum apparet atq₃ displicibile nimis eos videre maiores raptores. Quibus bonorū plenitudo maior collata est. et qui possessionibus ampliori us feruntur rapere pauperibus sollicitantur. quinimmo et raptores a raptoribus rapiunt. vn̄ plaut⁹ in aulula. Sepe cōdita lupo rū fiūt rapine vulpiū. itaq₃ vulpes quoq₃ lupis rapiūt ea q̄ lupi rapuerūt hoc ei merito cōtigit vt arte praua artifex pereat sua. decorine est tn̄ virtus glo

riam magnitudine prede minuere. Sz prochdolor diebus istis rapere multis nō apparet pudibūdū qm̄ magni latro nes latronū sūt iudices eosqꝫ nō casti= gant quorū pda affertur eis. sz solū il= los et iudicāt ꝛ rigore se sentētiāt quo rū rapine eis nō suffragant. Quot enī regib⁹ ꝛ pricipib⁹ se ruiuūt raptors q̄ pauperū bona nunc ꝑpria auctoritate nūc stolida temeritate tollūt. quādoqꝫ etei debita negāt et negare sī nequeāt ad satisfactionem cogi nō formidāt qꝛ fauorem iudicium sētiūt minas iferūt et verba sepe: omisqꝫ extorsionis vias excogitant. et hoc fortassis quia suos dominos paria vł maiora facere vidēt vnde illud ouidi. i. methamor. accidis= se videt. Viuitur ex rapto nō hospes ob hospite tutus. et idem oui. li. i. sine tiulo. Fit cito per multas preda peti= ta manus. Utinam qui rapiūt illud at tenderent quod arator li. primo. Auri cesset amor qui pectora semper adurit Quo rapitur mortale genus quo pul= lulat omne. De radice malum cum vis violētius ardet. Ambitio crescit. stimu lātqꝫ rapinis addita lucra famē. O igi tur raptores attendite seculi diuitias transitorias fore. Quid enim prodest habere quod alterius est. perpetuo ob ligari aut restituere: alias enim morte mala moritur raptor. Verū cupiditas mundi hoies fere singulos predomat superbia quoqꝫ ad rapinam plures in= ducit: et plurimi ex fastu assueto statuz quem nequeunt tenere cupientes cum ex se non habent aliis rapiūt et malūt ex raptu pompam ostendere q̄ in sim= plicitate absqꝫ fraude manere seneca ad lucillum epistola quinta. Magnus est ille inquit qui fictilibus sic vtitur q̄= modo argento. Illos tamen non repro bo i quibus honestas maior q̄ ex ficti= libus apparet si cōdecens facultas pre stet et ideo subdit ibidē seneca. Nec il= le quidem minor qui sic argento sicut fi ctilibus vtitur infirmi animi est diui= cias nō posse pati. Lamētandum tamē pompas nimias adinuētas fore quib⁹ rapine occasio datur eo ꝙ i felicē se pu tat: qui statibus viciorū nō equat: sz te ste ouidio primo de remediis. Decipi= mur cultu gemmis auroqꝫ tegūtur oia. et martialis cocus. Nō nisi deliciis cō uenit hic habitus. Hec em̄ verba de ve stibus presentis seculi merito intelligi possunt: non nisi vanitas et curiositas est. Pro qua curiositate imitanda ra= ptores fuerūt plurimi vanitate sedu= cti. Si em̄ regibus sufficeret honestas absqꝫ pompositate tūc nō exigerēt a po puloquestus. corū Etenim exactiones eorū rapine sūt: qꝛ hoc solū petere ha= bēt qđ licita iura cōcedūt aut qđ neces sitati eorūqꝫ honestati cōgruit curiosi tate sublata. Cōmemorem⁹ em̄ antiq̄ quedā tēpora detestāda tamē: que re= dūsse vident. Narrat em̄ valeri⁹. li. ix. c. ii. ꝙ anthiocus rex syrie deductus su perbia clauos aureos in equis vasaqꝫ argentea ad vsuz culine comparauit i numerabilibusqꝫ pompis suum appa= ratū sigmauit. auaro poti⁹ hosti pda optabilis q̄ vlla ad vincēdum strēnuo mora. Rursus plini⁹ li. xxxiii. de hysto= ria naturali refert de pōpeia cōiuge ne ronis que soleas ex auro suisqꝫ iumen tis ferramēta fieri iubebat. et qu arru= ca sex argēto aliaqꝫ plurima: vana po= tius q̄ sana eque absqꝫ rapina rarissi= me fiūt. Nūquid pricipi sufficere habet vt honeste et granditer viuat: familia res quoqꝫ prosperos habeat. Nūquid dissolutio corporis est si caput aliis mē bris victū auferret. Mor enim illa mē bra mortificarentur que alimento care rent: sic et in policia mors est: quando principum rapina subditos in pace vi= uere non permittit. Non sic etenim di dimus fecit licet bragmanorum rex es set. Nempe domorum curiositatem nō requirebat: sed speluncis et cauernis contentabatur. vnde ipse didimus ad alexandruz. In construendis inquit do

mibus igne sata non voluimus.necad mixtione pulueris cementa componimus sed in telluris speluncis mōtiūq latebris habitam⁹ nullos ibi vētoꝝ ire mit⁹ nulli⁹ turbinis tēpestatē formidamus. Nam tutius nos defendit ab ymbre spelunca q̄ tegula:cuius geminus nobis est vsus mansione dum viuimus et sepulture dum morimur. Si enim similibus principes contenti essent rapine studia nō quererent sed pomparum fastidiū prorsus relinquerent diebusq suis non permitterent. Nā diebus istis omnibus scorta placent.et laxi crines. habet innumerabilis nomina noua vestis:vt inquit petro. Verumtamen dicitur ibidem vbi supra. Nullus inquit nobis preciosus est amictus.feminee nostre non ornantur vt placeant:sed velantur pudore:nec sciunt in augenda pulchritudine plus affectare q̄ nate sunt. Nā quis potest opus nature corrigere: qd cum fuerit.aut fructuosum est aut criminosum. Sed diebus istis viri precipue femine vestimentorum nouitatem excogitant ⁊ ornatuum pro magnitudine atq sumtuositate rapuerunt.aut exponunt et scelerosis delictis se exponunt et scelerum suorum ex pretextu pompas manutenent.quicquid tamē mali occasione accipiunt etsi non raptum saltem indebite vendicatum est. Merito igitur sapientes veteres tales fastus prohibuerunt.vnde simachus in epistolis. Odi in paruo corpore lōga velamina. Illa enim vestis decenter īducitur que non trahit puluerem nec inhumum demissa calcatur vnde valerius li.ix.ca.i Sed quid ego de feminis vlterius loquor quas et imbecillitas mētis ⁊ grauiorū operum negata affectatio omne studium ad curiosiorē sui cultū hortatur conferre cum temporum superiorum ⁊ nominis et animi excellentes viros in hoc prisce continētie ignotum diuerticulum prelapsos:videam idq iurgio ipsorum pateatur. Hec autem omnia ideo presentibus inserui. quia pomparum curiositas plurimos : plurimasq facit rapaces.

Capitulum xx.de fortuna et eius instabilitate.



Fortuna īstabilis ē ideo stultus est qui in ea confidit: quia si elephas arboris fraudatur in casu frequentius solent fortune amatores in ea decipi. vn̄ in prouer. sapientuȝ dicitur q̄ fortuna vitrea est.et cū splendet frāgitur. Male igitur geritur quicquid fortune fide confidit. stulti ergo diuites ⁊ auari sunt qui spem suam cōmiserūt fortune. naȝ teste sene. ep̄la. viij.ad lucil. Non ē tuum quo fortuna fecit tuuȝ quasi dicat quod omnia fortune munera dubia sūt et tul. in rhetori. Sola inquit virtus ī sua potestate est.oīa preter eam fortune subsunt dominatiōi. Errāt igitur q̄ in rebus prosperis omnes impet⁹ fortune subegisse putant. Sapientes aūt sunt qui cogitāt ī tp̄ibus prosperis casus aduersos formidare tāq̄ dicat omnia fortune beneficia ruinosa fore. Omnia enim fortune munera īsidie sūt:inquit seneca vbi supra. O si fortua īmutabilis esset q̄ infelices miseri:et q̄ felices locupletes essēt deo enim seruire non oporteret vnus namq suo infortunio desperatus et alius sua prosperitate fere beatus esset sed voluit deus vt fortuna mutationi subiaceat vt sicut dies nox.et nocti dies suscedit.ita prospere aduersa ⁊ aduerse prospera fortune succedāt nec calamitosus diffidat et locuplex inauiter glorietur. iulius celsus li.iiij. Fortuna inquit plurimos quos beneficijs ornauit ad duriorem casum reseruat. Unde childebertus de exilio suo. Nuper eram locuples multisq beatus amicis. et subdit. Heu michi nulla est constantia rebus. Res ipse quid

dotiū si homicidiū vel fornicationē cō misisset. Sed nūquid ille est homicida qui malo exemplo innocentem seducit Nūquid ille pollutus est qui carnales libidines sequitur: atq; delactationes sectatur: Aut igitur apud gentiles sacerdotes digniores erant: aut tempore moderno sacerdotium pauci merētur Attendamus igitur hieronymū contra iouinianum dicentem. Stoicus inquit vir eloquentissimus de vita antiquorum sacerdotum loquens ait q omib⁹ post positis negocijs semp in tēplo fuerunt et rerum naturas atq; causas syderūq; motus studiosissime contemplabatur: et nūq se mulieribus miscuerūt. nunq cognatos propinquos vel liberos viderūt ab eo tēpore quo diuino cultui seruire ceperunt: a carnibus et vino semper abstinuerunt propter tenuitatē sensus et vertiginem capitis et libidinis refrenationem. pane raro vescebātur ne onerarent stomachum. cubile de folijs palmarum habebant: et ocio nunq torpebant. et subdit idem hieroymus q̄modo euripides refert q prophete io uis in creta regione non solum a carnibus: sed etiam a coctis cibis quibuscunq; abstinebant. In super ibidem hieronymus refert verba iosephi libro. ij. capitulo decimo octauo dicentis q saducei et pharisei atq; esei ab vxoribus et viuo abstinebant et quotidianum ieiunium in naturam vertebāt. Et nominanter ibidem quidam alij veteres eorundem imitatores: scilicet cautes ꝛ asclepides. Idem pigmaliō narrat q in oriente esus carnium non habebatur. et ambrosius narrat quomodo apud p sas viri doctissimi farina et olerib⁹ tātummodo vtebantur. His ergo exemplis dicis apparet: vt sacerdotes xpiani potiusq gentiles virtutibus floreāt quoniam duplici honore digni sunt qui bene presunt presbiteri. vt dicitur prīe ad thimo. v. Nempe hieronymus epi. lo. xcviii. recitat q sacerdotes olim castissimi erant virginesq; veste et appolini seruiētes i ppetua sacerdotij virginitate viuebant. Absit igit vt viros ecclesiasticos libido seducat: ꝛ inocēs vulnus sacerdotum exemplo inquinetur.

Capitulum secundum de exemplaritate prelatorum.



Viri ecclesiastici et potissime prelati si malā vitā duxerint subditorū mores corrūpūt. Debent igit vite scititati oratiōi q̄q; ꝛ bonis operibus iugiter intēdere: qꝛ teste bernardo. Viri ecclīastici pascere debent populū dei orationū fructib⁹ ꝛ p populo dei debēt intercedere: ipm q̄q; poplm deo debēt recōsiliari exēplo moysi: de quo. exo. xxxi. Qui deo dicebat aut dele me de libro tuo. aut dimitte eis hāc norā. Nūc tū prelati vxorē ancille post ponunt et ancillam preponunt: qꝛ suis derelictis ecclesijs absq; magna necessitate secularibus occupationibus preintendunt: et in suis ecclesijs si fuerint de ipsius protectione non sollicitātur sed qualiter sua crimina liberius exercere possint iugiter mediantur. Deberet autem episcopus sui nominis attēdere interpretationem. Scops enim interpretatur intentio. ꝛ ideo episcopus dicitur quasi superintēdēs. Necesse ē autē eū qui preficitur supintendere: vt inquit augu. ix. de ci. dei ca. xix. Episcop⁹ ergo nomē habet poti⁹ oneris q honoris. vñ bernard⁹ ad eugeniū li. ij. Nomē inqt epi nō sonat dominiū sed seruitiū. ideo p̄latis actuū. ij. dicit. Attēdite vobis ꝛ vniuerso gregi: in quo posuit vos deus epos regere ecclesiam dei. Idem bernardus ad pontificem senonensē inquit. secundū ethimologiā nominis ille pontifex dicitur qui seipsum facit pontem inter deum ꝛ proximum. Iste enim pons pertingit vsq; ad deum quando non propriā sed dei gloriā querit et vsq; ad poroximū venit quando

per pietatē non sibi sed primo deside-rat pdesse. Bonus inquit pontifex seu mediator deo offert preces populorū benedictionē et gloriā deo imputat: et pro excessibus delinquentiū maiestatē eius inuocat atq; peccatores p diuina iniuria punit: nec de suis operib⁹ lucrū sed dei gloriā expectat. Insup hierony. epla.c. loquens ad epm nomine gene-rali. Domus tue conuersatio cōstituta est in gratia publice discipline. quicqd feceris omnes faciendum esse putant. Caue igitur ne malū cōmittas: qm qui reprehendere volunt repudiantur: si de linquentes fore videantur. et subdit sub uenire pauperibus visitare languētes gaudere cū gaudentibus: debet scilicz prelatus etiam sit cecorum bacul⁹ stu-dentium cibus spes miserorum: solati-um lugentiū. Ex his igitur patet qua liter prelatus etiā ab interpretatione nominis de sua spōsa ecclesia curā ha-bere debet Sed nunc illud apo. iij. veri ficatur. Nomen habes q vivas et mor tuus es: quia scilicet nomē sanctitatis habēt prelati: et mortis opera in se et in suos subditos exercent. Et licet omnia vitia in prelato turpia sint: illa tamen magis sunt cauēda in qbus ancilla sci licet caro dominatur: videlicet gula et luxuria: quia iter vitia magis infamia sunt: et q talia prelati ecclesie maiestatē magis offendunt. ideo apostolus dice-bat q nō oportet epm esse vinolētum. id est vino plenum. Super quo verbo hierony. epistola. xliiij. Uinolenta inqt commensatorumq; excessus in prelatis non sint: qm venter mero estuans de fa cili dispumat in libidinē. nā in vino est luxuria. q autē luxuriatur mortuus est viuēs. q autē iebriatur mortu⁹ et sepul tus est. Nunqd noe ad vni⁹ hore ebrie-tatē femora nudauit q per sexcētos an nos sobrietatē protexerat. gen. x. Nū-quid loth nesciens quid faceret libidi-ni se miscuit: et incestum commisit quē sodoma non vicerat vina subegerūt vt dicitur gene. xviij. Qua propter sacer-dotibus legalibus viuere vinum phi-bitum erat vt patet leuitici. x. Ad desi-gnandum q prelati et sacerdotes noue legis sobrij esse debent. vnde luce. xxij. Ne grauentur corpora vestra crapula et ebrietate. vnde gregorius moralium primo. Cum inquit maiores voluptati deseruiunt non mirum si in minoribus lasciuie frena laxantur. Dū inquit vos scilicet prelatos letos aspiciunt scilicz subditi: ipsi tunc ad illicita resoluun-tur. vnde. li. ij. de vitis patrum parte. x legitur q abbas quidem dictus vatita postq fuit factus episcopus vitā aspe riorem quam prius ducere cepit: et cur hoc faceret cum interrogaretur: respō dit. Dum inquit essem in heremo cor-pusculum meum gubernare volebam ne infirmaretur. nunc autem quia in se culo sum positus: assunt excessuū occa siones plurime. ideo est maxime absti-nēdum. Nam et si infirmari cepero ade runt succurrentes. Simile etiam legi-tur eodem libro parte. i. de abbate opi qui episcopus factus vitam quā in he-remo prius duxerat non pretermisit: deo tamen reuelante vite sue asperita-tes quodammodo mitigauit. Hec igi-tur oia designāt qualiter plati ancillā sclz opera carnalis seu quecūq; secula-ria suis ecclesijs post ponere debent vt bonis exēplis sibi subditū populū diri gāt. iuxta illd numeri. xviij. Excubate in custodia sāctuarij et i ministerio alta ris ne oriat idignatio sup filios israel.

Ca. iiij. de electiōe prelatorū.



Prelatus vices dei ge rit. quāobrē vocatione de sublimari debet. vñ. aplus ad hebreos. v. Nemo sibi sumat honorē: nisi qui vo-cat a deo tāq aarō. Quid tñ dicemus qr aplus. i. ad thimo: v. dicit q si quis episcopatū desiderat bonū opus desi-derat. Attēdamus enim qualiter apo-

stolus episcopatũ bonũ op⁹ vocat qua si dicat ꝙ qui vult episcopari debet bñ opari. Sȝ plurimi volunt epi vocari ꝗ tñ nõ curant veridice episcopari. Nam sicut dicit augu.li.v.de ciui.dei.ca.xix. Ille nõ est bon⁹ p̄latus nec episcopus qui nõ ꝓficere sȝ p̄ferri querit. Insup hiero.ep'a.xiiij. Episcopatũ desiderat qui nõ dignitatẽ sȝ laborẽ querit: nõ delitias: sed op⁹ sic ꝙ humilitas non decrescat: nec ꝑ fastigiũ dignitatis ipe intumescat. vñ ecclesia.vij. Noli querere fieri iudex: nisi valeas virtutib⁹ irrũpere iniqtates. vñ grego. xxi.moralium. Sãcti inqt viri cũ p̄sũt nõ in se potestatẽ ordinis sed equalitatẽ cõditionis attendũt. nec preesse gaudẽt hoĩbus sȝ ꝓdesse. sciũt eñ ꝙ antiqui patres nõ solũ reges hominum: sed etiã pastores pecorum fuisse commemorantur. Cur enim de tua dignitate audes supbire? nunquid non in vtero te fecit qui et illũ operatus est. iob.xxx. Omnes enim nature vnius sumus. Nam grego. vbi supra concludit. Manu inquit humillime cõsiderationis deprimẽdus est tumor elationis. vnde iob.xiij. Eleuasti me et quasi supra ventum ponens elisisti me valide: scio tamen q2 morti tradẽs me. O ꝙ̄ humilis consideratio in prelatosi fuerit. ideo ꝓpheta dicebat. Neqȝ ambulaui in magnis: neqȝ in mirabilibus super me. Nam teste grego. moraliuȝ. xx. Mundana felicitas tanꝙ̄ aura sub leuat: vt repentine deterius et infimus sternat. et idẽ gregori. moralium. xvij Quanto iquit altius quis erigitur: tãto curis grauioribus oneratur: illisqȝ populis mẽte et cogitatione supponit quibus dignitate supraponitur. Homo inquit in sublime eleuatus tãtos super se sustinet quantos suppositos regit. et ibidem concludit. Ipsa inquit occupatio seculariũ dignitatũ: tãto felicioribus vitijs p̄mit quãto maioribus curis grauatur. Quapropter ancelinus lib. de similitudinibus capi.xxv. Prelatos ambitiosos cõparat pueris venãtib⁹ papilones qui dũ sequũtur illos in foueã cadũt Ex quib⁹ cõcludit ꝙ qlibet p̄lat⁹ in noĩe: scȝ et in fama virtutũ crescere debet Qua ꝓpter cõcludit hugo ꝙ canones rationabilit diffiniũt nullũ esse in episcopũ eligẽdũ: nisi pri⁹ i sacris ordinib⁹ fuerit religiose cõuersatus. Plures tñ insipiẽtes sũt viri ꝗ vita maculati ad p̄sidiũ sublimant et qđ detestãdum nimis est ad presidentiam tanꝙ̄ ad patrimonium curritur veterũ ꝙ exempla negligũt. Animaduertamus enim quomodo ambrosius in episcopum electus omino recusauit. Nũquid mulieres publicas in suaȝ domuȝ ingredi fecit: vt illis visis electio reuocaretur. Nunquid fugã accepit: sed ꝓditus a leuntio reuerti coactus est vt i ipsius vita legitur. Nunquid gregori. fugit electus: sed columna fulgida sup ipsum descendente cognitus est. Nunquid beatus marcus pollicem sibi abscidit vt indignus sacerdotio haberet: vt dicitur libro secundo qui dicitur paradisus. Nunquid beatus ammonius cum fuisset electus in episcopum et ad benedictionem duceretur euadereqȝ nõ posset aurem suam sinistram ferro resecauit dicens. Nunc inquit probatur non posse quod cupitis compleri quia nullus aure precisa debet ordinari cui dorotheus episcop⁹ respondit. Lex iqt ista iudeorum est. sed ego iquit virum auribus truncatum moribus ꝓbũ nõ dubito facere episcopum. Cũ ergo vim inferrẽt beatus ãmonius respõdit. Si me inqt vltra cogeritis etiam linguam meã ꝓpt quã michi molesti estis abscidã et tunc ipsum dimiserũt insup li.iij. historie tripartite de quodã monacho legitur ꝙ elect⁹ i epm recusabat: sȝ theophil⁹ sibi suadebat. videns igitur monachus ꝙ euadere non posset ad se venientibus respondit. Cras inquit determinabitur quid sit faciendum. Unde in crastinum fusa oratioue migrauit.


Si igitur viri sancti plationē recusarunt: cur igitur peccatores etiā publici prelationē questāt? Nā teste grego. ī pastorali. cap. ix. Uirtutib⁹ etiā pollēs ad regimen coactus accedere debet. et idem grego. in quadam epistola ad senonensē archiepm. Multi inquit non tanta fiducia alacritate currerēt ad honores si sentirent onera grauia si metuerent periculum dignitatis: sed ambitio insatiabilis est. et de gradu in gradum scandere pitit. Ue tamen qui coniūgitis domuz ad domū. Absit igitur vt fiant prelati nisi qui meliores sunt. vt debitos suscipiāt a subdit; honores

¶ Ca. iiii. quomodo nonde bet eligi fauorabiliter prelatus.

Prelatus curā gerit animarum aut gerere dz. Quam obrem ipsius electio non fauore sz sola charitate fieri debet sic vt eligatur non qui dilectior sed qui melior aut commodior videt. Nā hec est voluntas dei vt ille presideat qui melior publiceqꝫ vtilitati commodior est. vnde hie. epistola. xliij. Electio iqt facienda est non ob aliquam commoditatem temporalem eligentium vel emolumenti spem nec ob humanam intercessionem vel suasionem vel cōminationem nec ob ordinatam affectionem ad personam eligibilem siue carnalem affectionē. sed sūt eligendi ob diuini honoris cumulationem ob ecclesie dei vtilitatem ob profectus siue vtilitatis animarum spē et ob morum ipsius eligendi atqꝫ virtutum perfectionem. Hoc ēt satis notatur in decreto. xxv. et. vi. di. Quamobrem grego. moralium. xxiiij. Curam inquit animarum suscipere nō presumant nisi qui bella tētationū subegerint. vnde dominus ad moisem leui. vi. ait. Cōgrega omnē cetum ad ostium tabernaculi in electionem aaron ꝛ filiorum eius. vt sciant omnes ꝙ qui p̄stantior est ex omni populo qui doctior sanctior ꝛ virtutibus eminētior ille eligat ad sacerdotiū. super quo ait origenes. Ille inquit ꝗ eligūt aliis modis ꝙ p̄dictis timeāt dei iudiciū atqꝫ sibi iputēt damnū siue pditionē aiarū ꝛ ruinā ecclesie dei que destruit p istitutionē mali plati. vnde grego. ī dialogo li. iiij. ca. xxix. narrat de pascasio qliter erat ī loco penarū. ꝛ cū iterrogaret cur hoc esset respondit ꝙ nulla alia cā erat nisi quia cōsēsserat in ptē laurētij contra simachum ipsū eligendo in prelatū. Quapropter grego. in registro libro primo ait. necesse est vt omnes culpas et negligentias sibi imputet ꝙ ministeriū virtutis infirmo cōmisit. Sic igit prelatus eligēdus est: vt bene agat: sic pariter electionē acceptare non debet nisi vt in deo proficiat et hoc cum humilitate et tremore. vñ augu. ix de ciui. dei. ca. xix. Non est inquit in acceptatione amandus honor in hac vita: sed opus quod per eundem honorez fit vel potentiaz. ideo apostol⁹ dicebat. Qui episcopatu z desiderat bonū op⁹ desiderat qz epatus nomē est operis ꝛ nō honoris vt supra dictū est: quapropter grego. in suo registro li. vij. ait ꝙ sicut loc⁹ regiminis desiderantib⁹ est negād⁹ sic fugientib⁹ est dand⁹ ne quis sumat sibi honorē. ibidē li. ix. Qui ambit aut se igerit pculdubio repellēdus ē. ideo ꝙ nititur ad altiora ascēdere. Cōgruit igit vt in crescēdo decrescat et in ascēdēdo descēdat. Qui igit eligit dicat ꝙ doceat et informet quod teneat. naz casum appetit qui ad sūma loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. hec ille. ideo isaie vi. dicitur. Ecce ego mitto me q̄si dicat ꝙ nul l⁹ debet ex se psumere. ideo grego. ī suo pastorali. li. ij. ca. vij. Null⁹ inquit se extollat ex electione: sed magis se humiliet. ꝛ bernardus in epistola ad episcopū senonēsē. Noli inquit altū sapere qz altū sapere difficile est ꝛ omino inusitatū et quanto inusitati⁹ tāto periculosius

Non ergo felicē se putet qui aliis preest. vnde augu. epla. lxvi. Pete inqt vt cogites nichil esse hoīb⁹ in hac vita: et hoc tpe felicius letius ꝛ acceptabilius epi aut presbiteri aut diaconi officio. si tn̄ nō presūptuo se aut adulatorie res agitur: sed nichil apud deum miserius tristius et damnabilius si male fiant:


¶ Cap. v. de moribus sacerdotum et aliorum ecclesiasticoꝝ.



Sacerdotes dicti sunt quasi sacra dantes. ideo sacram debent ducere vitā iuxta illud isa. li. Mundamini qui fertis vasa dn̄i. qꝛ tn̄ presbiteri a sanctitate eis debita recedunt: ideo iugo indebito deprimūtur: nam leui. xxi. dicitur ꝙ sacerdotes sancti et immaculati esse debent ꝛ qui habeat maculam nō debeat offerre panes. vt si cecus vel claudus esset. Sup quo grego. in suo pastorali li. ij. cap. xi. Cecus est inquit qui diuine contēplationis lumen ignorat. Claudus autem est qui viam vite non valet tenere. ideo apostolus ad roma. xiij. Monet abijcere opera tenebrarum ꝛ inducere arma lucis. Illi enim sacerdotes arma lucis induunt qui in virtutibus ꝓficiunt nā teste hierony. epla. xxxij. Cleric⁹ dicit a cleros grece quod est sors latine: ꝛ propterea vocantur clerici: qꝛ de sorte domini sunt aut qꝛ dn̄s est sors eoꝝ scilicꝫ possessio. Cleric⁹ igitur talem se debet exhibere vt possideat dn̄m ꝛ ipse possideatur a dn̄o hec ille. vn̄ hugo li. ij par te. iij. ca. iiij. Signaculū iquit clericoꝝ est corona qua signatur clericus deputatus ad officiuꝫ dei seu ministeriū cui seruire regnare est. Nam corona regale decus est quod non immerito datur iuxta illud prime petri. ij. regale sacerdotium. ꝛc. Et ibidem subdit hugo ꝙ capitis coma clerico in moduꝫ corone tundet et summitas capitis de sup denudatur: vt per hoc detur intelligi ꝙ ad regiam potestatem assumitur: ꝛ vt reuelata facie gloriam dn̄i dei contempletur. hec ille. Qua propter clerici comaꝫ nutrire prohibentur: vt patet i decreto di. xxiij. Clerici comati. A sollicitudinibus igitur temporalibus eximūtur ne vanitatibus mentes eorum impediantur. vnde hieronymus epistola. xxxiiij. Negociatorem inquit clericum tanꝙ pestem fuge: quia nemo militās deo implicat se negocijs secularibus. et ideo de ipsomet hierony. refert. policratus lib. viij. ca. xiij. qualiter a mēsa sua tres clericos exclusit quia incompositi erant. Dicebat enim viro honesto et graui non licere in eius cōsortio aliquem incompositum habere. In honestum igitur est aliquem se clericuꝫ ꝓfiteri ꝛ vanis occupatiōibus detineri: ne de clericis verificetur illud trenorū iiij. qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Nunquid olim sacerdotes nazareorum ob vite continentiam caput radebant et capillos in igne sacrificij ponebāt? vt dicitur nume. vi. Illi eniꝫ moraliter capillos radūt qui temporalia mente deserunt et tunc sacrificant quando deo famulari disponunt: hec eniꝫ omnia corona clericalis designat. Nunc tamen clerici suam vocationem pretermittunt: ꝛ ideo in subiectiones plurimas incidunt: sed apud egiptios sacerdotes omnia reliquerūt et ideo eximi sicut dictuꝫ est apud pharaonem meruerunt. vnde hiero. ad eustachium epla. lxxxiiij. narrat ꝙ in egipto tria fuerunt genera monachorum scilicet cenobitaruꝫ qui in communi viuebant. anachoritaruꝫ qui soli in desertis habitabant. et aliorum quorum genus dicebatur in lingua egiptia enuch qui bini vel trini habitabant simul. Et de primis scilicet cenobitis loquēs hieronym⁹ dicit ꝙ nullus in cibo erat strepitus: sed pane ꝛ leguminibus pascebātur soliꝙ senes vino vtebantur. Aliaꝙ plurima laudabilia narrat philo. ꝓut

allegat hieronymus. De aliis vero scz anachoritis narrat iosephus quod acerbissimam vitam duxerunt. Clericorū igit̃ et signanter religiosorū vocatio ē ad diuinum cultum: et non ad mundanū occupamentum. vnde anselmus li. ij. De similitudinibus narrat in somnis se vidisse angelum dei describentem sibi qs esset verus monachus: et concludit ibidem quod verus monachus est qui locum sue habitatiōis perpetuū eligit: ī quo perpetuo habitare disponit. Sed nūqd lamentandū est quod viri ecclesiastici atque religiosi mundo se renunciasse dicunt: et tamē curis temporalium maxime itēdunt non attendentes verba beati bernardi in quodā sermone dicentis: quod natus filius dei elegit pauperem domum et tenuit paupertatis formā. Aut igit̃ mundus vel deus fallitur et errat sz diuinam impossibile est falli sapientiaz. Melior est ergo status ille quē elegit: et ibidem bernar. in sermone de vigilia natalis domini. Quid īquit paupertate ditius: quid p̄ciosius qua regnū celorum emitur et gratia acquiritur. vnde hiero. ep̄la. cxvi. Apostoli inquit gloriantur quod omnia dimiserunt et secuti sūt saluatorem. Nunc autem viri ecclesiastici xp̄m sequūt̃ vt mun⁹ accipiant aut vt liberius sua desideria impia adipleant. veruntamē mathei quito dicitur. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorū. Et mathei. xix. dicitur. Si vis perfect⁹ esse vade et vēde oīa que habes et da pauperibus et sequere me. Mundi igitur spretor debet vir religiosus tanq̄ agricola suam animam excolere: scz vitia extirpare: et virtutes inserere. vnde apuleius li. de deo socratis dicit quod sicut volens acute videre purgat oculum: sic et residerans in virtutibus proficere debet colere animuz. Qua propter augustinus de verbis domini sermōe duodecimo. Quid īquit prodest plena bonis archa inanis conscientia: bona vis habere et bonus esse non vis. Erubescere igit̃ debes de bonis tuis si domus tua plena est bonis et te malū habet. et ibidē concludit. Bona exteriora si possent cōtra pctōrē ad dn̄z clamarēt iuxta illd abachuc. ij. Lapis de pariete clamabit. Quid ei p̄dest stulto habere diuitias cū sapiētiā emere nō possit: eccl̄iastici v. Non igitur diuitias sed sapientiam et virtutes acquiramus: vt eximi p̄mereamur: et in properiis hoīm non exponamur: iuxta prophetam dicētem. Nolite tangere xp̄os meos. Et in prophetis meis nolite malignari.

Capitulū sextum de continētia virorum ecclesiasticorum.



Viri ecclesiastici ad hoc deputati sunt: vt in castitate deo famulent̃. Quale enim erit obsequiū tuū: si mens tua polluta fuerit aut quomodo sacrificium offeres deo si tua vita maculata extiterit? sit ergo vita tua cōtinēs et īmaculata vt deo p̄ te et p̄ aliis placere possis. Sz vn̄ est quod eccl̄ia tātis luxuriis inqnat̃? Quis cōcubinagia ita seminauit. Reuera estimo quod cōsorcia cōuiuia colloq̄a cū mulieribus solita viros eccl̄iasticos a cōtēplatiōe retardātes voluptate et lasciuia corruptissīa īficiūt. Attēdam⁹ eniz q̄d dicat hiero. Gladius inq̄t igne⁹ species mulieris: nā q̄ tāgit picē coīquinabit̃ ab ea. vn̄ augu. dicit quod asper sermo atque rigid⁹ atque breuis sēp cū mulierib⁹ est habēdus q: mulier si audiat amicabilia: tūc surgit vt hostis demolit̃ hoīnē dep̄dat̃ mētē: īclinat aīz: atque mētis statū effeminat: corp⁹ eneruat: bursam euacuat: ratiōe z cōmaculat: p̄rimū scādalizat et eum negligit. vn̄ bern. li. i. de cōtētu mūdi sic iq̄t. Colloquiū mulierū nō nisi vir⁹ amarū. Prebēs sub mellis dulcedine pocula fellis. Nā decor illarū laque⁹ fallax aīarū. Illaqueant stultos ducūt ad tartara multos: vn̄ criso

stom⁹ i sermone de chānanea dicit q mulier est caput peccati: arma diaboli: expulsio paradisi: corruptio legis a qua si cauere cupis fuge illam q̄a vt serpēs inficit et venenat. vnde i vitis patrū li. ij. parte. iiij. legitur qualit sancta mulier monacho cuidam monales intuenti dicebat. Si inquit monachus perfectus esses nos ita nō respexisses. Item ibidem parte. ij. de arcenio abbate legitur q cum mulier sibi postularet vt in oratione haberet memoriā eius. ipse respōdit. Rogo inquit deum vt ipse auferat memoriā tuam de corde meo. Item ibidē parte. iiij. legit de muliere sctā monasterio egrotāte q̄ non permisit vt frater suus eam visitaret: ne ipsius occasione inter feminas staret. vñ dixit ei. Uade frat ora pro me q: xp̄o annuēte videbo te in regno celo᷑. Aug. li. de cura p mortuis agēda narrat de iohāne nobili monacho q̄ habuit spiritū p phetie q̄ cū videret mulieres q̄sdā infectas esse vt ipsū viderēt tūc dixit. Eamus vbi nō est mulier. Ex his ergo p3 qualiter fugienda est libidinis occasio ideo apostolus ad romanos. viij. dicebat. Non estis in carne sed in spiritu.

¶ Cap. vii. de moribus p̄lato᷑

Prelati vices xp̄i gerunt Dedecus ergo magnū ē si cōtradicāt domino a quo cōstituti sūt nō vt in terrenis insistant: sed vt bonis moribus pplm dei cōstruant. vnde hugo li. i. parte. viij. cap. xviij. dicit q episcopi vtūt sādalijs que sunt calciamenta prelatorum ne terrenis polluantur baculo vtuntur vt rebelles corrigant qui recuruus ē vt mites retrahant consolabiliter ornantur anulo: vt ecclesiā sanctam sponsam profiteantur. et concludit hugo q vestimenta sacerdotum et prelatorum virtutes eis debitas designāt. tunica mundiciciam zona continentiam stola patientiam casula charitatē ⁊ hmōi. Sed pch dolor multi nunc nec virtutes habent: nec de subditis sollicitātur. iuxta illud zacharie. xi. O pastor et ydolū derelinquas gregē. vñ i tractatu de xij abusionib⁹ p̄lat⁹ negligēs nūerat. O quanta abusio: q: sedicūt rectores nec tñ regūt sed de tēporalib⁹ tantā curā accipiūt cōtra exhortationē bernardi li. iiij. ad eugeniū dicētis. Memēto inq̄t saluatorē iudā economū habuisse. Quid episcopo turpi⁹ q̄ incūbere supellectili ⁊ substantiole sue. oīa sciscitari de singulis morderi de suspitionib⁹ moueri adque q3 deperdita. Attendat eni p̄latus qualiter phutiphar omnibus traditis ioseph: quid haberet in domo sua nesciuit: vt dicitur geñ. xxix. Alius igit temporalia dispēset ⁊ tu de disciplina puide: illud nemini tradas sed super moribus manū vlciscentē adhibe. Ut quid enim diuino cultui viri deputantur si pre ceteris deo non famulantur. Unde exodij. xviij. Prouide tibi viros de omni plebe potentes et timentes deū. exēplo pharaonis qui noluit committere pecora nisi viris doctis. vt patet geñ. xlij. Nunc tamen verificatur illud isa. iij. Dabo pueros principes eo᷑ū. nā p̄lati pueri sunt: q: nescij ⁊ inexperti conperiuntur. Attendat eni prelatus q architector fundamentum prospicit: grādesq3 lapides in fundamēto ponere solet sicut fecit salomon. iij. reg. v. Lapides eni grandes viros virtuosos religiosos designant super quibus ecclesia fundata est. iuxta illud ad ephe. ij. Superedificati estis sup fundamētū apostolo᷑ ⁊ pphceta᷑. hi colūne erāt: vt dicitur ad galathas. ij. Nunc tamen dici potest illud isai. xlix. Uenerunt serui tores tui destruentes te. Merito igitur bernard. miratur li. iiij. ad eugenium. Cur prelati tot iueniunt quibus curā aīarum committant: et tñ inuenire nolunt quibus suas facultates in curā exhibeāt. Uerūtñ ars artiū est reginē aīmarū, vt ponit grego. in suo postorali.

li.i.ca.i. Ad huius ergo regimē exercē dum sapientiam et virtutem habereꝙ maxime necesse est. Fortassis autem aliqui pretermisso sapiētie studio solis facultatibus intendunt. Veruntamen teste apostolo ad thimo. Oportet episcopum nō esse auarum.

¶ Capitulum. viii. de oratione faciēda. sic vt vnus oret ꝓ alio.



Quid oratione efficatius? Reuera nichil. vnde luce xi. dicit̃. Si quis ꝑseuerauerit pulsās. ꝛ subditur. Surget et dabit illi. ꝛ ad thimo. ij. Uolo inquit vos orare ī omni loco leuātes puras manus. Tunc enim manus sūt pure qn̄ cōsciētia mūda: et tūc oratio magne ē efficatie. vn̄ prime iohannis. iij. Si cor nostrū nō rephēderit nos fiduciā habem⁹ ꝗa quicqd petierimus accipiem⁹ ꝛ iohā. xvi. Si ꝗd petieritis patrē ī noīe meo dabit vobis. vnde. treno. iij. Leuemus corda cū manib⁹. sup q̄ grego. dicit ꝙ ille cū corde manus leuat: q̄ orationē suā opib⁹ roborat: qm̄ virtus oratiōis ē celsitudo charitatis: vt dicit greg. li. ij. sup euāgeliū omelia. vij. Nēpe xp̄iani tāꝙ fratres orationib⁹ ꝛ alijs munimētis spūalib⁹ se debēt inuare ne ab hoste dissipenẗ qm̄ debem⁹ aīas ponere ꝓ fratrib⁹ vt dr̄ io. iij. Si eñ vn⁹ ꝓ alio ītercesserit tūc: cōgregatio christianorū erit terribilis: vt castroꝝ acies ordinata. canti. vi. sup quo greg. li. ij. sup ezechi. omeł. vij. Tūc inq̄t acies est ordinata: qn̄ ꝯin nullo est interrupta oratio: et qn̄ ꝑ iinicitias loc⁹ nō vacuaẗ loc⁹ nō dissipaẗ. Nā si ꝑ charitatē fideles vnianẗ. tūc malign⁹ hostis ingredi nō valet. Cur eñ voluit de⁹ vt ex vno homine totū gen⁹ humanū diffūdereẗ: nisi ꝗa vult ꝙ homines sibi adinuicem adhereant et vnianẗ. vt inq̄t augu. xij. ciui. capi. xxi. Nā charitas multos animos vnū et multa corda vnū facit: vt inquit idē augu. sup. Johannē omeł. lxxxiij. Nūc tn̄ hominum corda diuisa sūt: nec vnus alteri succurrere curat: nec in tēporalib⁹ nec in spūalib⁹ suo 'dijs: de quibus prime ioh. iij. dr̄. Qui habuerit substantiā hui⁹ mūdi ꝛ viderit fratrē suum necessitatē habere et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet cū illo? quasi dicat ꝙ non. vn̄ ad ephe. iij. supportātes inuicē in charitate. Illi eñ in charitate se supportant q̄ corpori necessaria sibi inuicē exhibent et deuotis orationib⁹ ꝓ alienis delictis ꝙtū in eis est deum mitigant. Legim⁹ enim apud antiquos tantā fuisse erga proximos dilectionē ꝙ pro salute proximorum nō solū orare. immo etiā quecunꝗ flagella tollerare disponebāt. vn̄ in li. qui dicitur paradisus legitur de serapione qui alio nomine dicitur sindomus. ꝙ se vendidit paganis precio. xx. solidorum ꝛ eis seruiuit donec ipsos ad legem christianam cōuertit. Cunꝗ igitur ab eis recederet pecuniā restituit. Illi autem suadebant. vt pauperibus eam daret. sed ipse renuit dicens date eam vos: quia non mea sed vestra est. De eodem etiam legitur ꝙ manicheo cuidam se vendidit cui seruiuit: et tandem eum conuertit. Si igitur propriū corpus pro salute proximorum veteres exposuerunt: nos merito et peramplius orationes impendere debemus. vnde apostolus. ij. capitulo vltimo dicebat. Ego libentissime impendam et superimpēdar pro animabus vestris. Nēpe fas est vt aduertam⁹ quoniam abraham semper sollicitus fuit altare domino edificare eiusꝗ nomen inuocare: sic vir christianus preces domino effūdere sollicitus esse debet quoniam teste. augusti. epistola. xlvij. Oratio vitam beatam facit quam omnes appetunt. Quid enim aliud oportet orare nisi ꝙ cupiunt omnes? et subdit. Oratio plus gemitibus ꝙ sermonibus agiẗ

plus fletu q̃ affatu. Absit in oratione multa locutio: sed non desit feruens intentio vnde iob.xxxi. dicebat. Quis michi tribuat adiutorem. vt desideriũ meum omnipotẽs audiat. sup quo greg. xxij. moraliuȝ. Uera postulatio non est in oris vocibus sed in cordis cogitationibus. apud aures dei non faciunt verba sed desideria. Ideo de moyse exod. xiiij. dicitur. Quicquid clamans ad me quasi dicat q̃ clamor nil prodest. Et de anna primi regum primo dicitur q̃ orabat et nõ loquebatur. vnde mathei. vi Intra cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum. nam in vitis patruȝ parte vltima legitur q̃ iulian⁹ aposta ta misit quendam demoneȝ vt portaret ei quoddam responsum: qui demõ trãsiens per locum vbi erat probus monachus vlteri⁹ transire nõ potuit eo q̃ dictus monachus orabat: quod cuȝ audiuisset. iulian⁹ dicto monacho cõminabatur: sed ipse iulianus cito interẽpt⁹ est. Oratio igitur demonem vicit atq̃ superat. Debemus ergo sine intermissione orare et non deficere: vt ĩquit apostolus. i. ad thimoreum. v. et prima petri. iij. dicitur. Uigilate in oratione: et hoc in spiritu et veritate.

¶ Capitulũ ix. de p̃dicatoribus

Predicatorum vocatio veritas sit ꝛ non propria commoditas. Si enim p̃dicans regnum dei propriam commoditatem veritati preponat sua predicatione parum proficere valebit. Ueris autem verbi diuini exclamatoribus ait dominus per prophetam. Preparabitur veritas mea in eis Ne pe. lib. terti. histor. triptite. capitul. ij. dicitur q̃ cum plurimi pro disputationis delectatiõe traherẽt ad negociũ fidei: vn⁹ q̃dẽ ex confessorib⁹ laicis siplicẽ hñs sẽsũ dialecticis obuiauit dicẽs. Audite fratres q̃m artẽ dialecticã non tradiderũt nobis xp̃s ꝛ apl̃i: nõ vanã ꝛ vboꝛ fallaciã: sȝ purã sciẽtiã fidei ꝛ bonis opib⁹ obseruãdã. Ipsos igr̃ imitãdo veritas ẽ p̃dicãda. Insup etiã ibideȝ narrat q̃l'r senex q̃dã veritatẽ sic hortabat cuidã ph'o dicẽs. O phe audi dogmata vitatis. Un⁹ ẽ creator oĩȝ ꝛ vbũ ei⁹ q̃ creauit oĩa fili⁹ ei⁹ ẽ. Hoc ergo si credis noli inuestigare studio ad cui⁹ vba ph'us mirabili q̃dã vtute ꝯuers⁹ est vñ psal. lxvij. Dabit ei dñs verbuȝ euangelizantibus virtute multa. Nam in vita scti cesarij legitur q̃ spũssanctus sermonẽ suuȝ disponebat: vt ho ĩȝ cõscientias sua predicatione ꝯuerteret ex q̃ potest colligi q̃ non ex nobis: sed ex spũsancto ĩ predicatione loq̃ndũ ẽ. Insuper aug. vi. cõfessio. de ipso narrat q̃ ipso predicante alipius ĩtrauit: quo intrãte aug. p̃dicare cepit valde mordaciter cõtra ludos quosdã. q̃bus alipius intentus erat. De ipso tñ alipio nullo mõ cogitabat ꝛ tamẽ alipius omnia propter sedici cogitabat. ꝛ subditur q̃ alipius conuersus est eiusq̃ correctio augustino fuerit attributa. et ideo subdit aug. Per me inq̃t lecet me nesciente bene operatus es domine. Similiter etiam de eodẽ aug. in eius vita narratur quõ ipso non cogitante deo tñ ministrante cõtra errorem manicheorum in mensa sedendo loquebatur: ibiq̃ interfuit q̃daȝ qui manicheus erat qui post biduum venit ad euȝ flens ꝛ cõfitẽs se fuisse manicheum quousq̃ audiuit eum loqui. Patet igitur qualiter predicatio a spiritusancto ministratur et per ipsuȝ roboratur. Nunc autem plures predicantes potius in proprio ingenio q̃ in diuina inspiratione cõfidunt nec veritatem curant promulgare: sed potius auditorib⁹ cõplacere volentes dulcia quedam proponunt itaq̃ nõ docẽt cũ tamẽ docere teneãtur q̃bus eze. iiij. dr. Quia tu repulisti sciẽtiaȝ ego te repellã ne fungaris michi sacerdotio. Illi enim sciẽtiã

a se repellunt qui veritatem predicare
negligũt. quibus gregorius. xij. mora.
sic ait. absq; iure fructus ecclesie come
dũt qui ecclesiastica commoda ad vsuz
corporis accipiunt et exhortatiõis mi
nisterium populo non impendunt. Nos
inqt pastores officium preconis suscepi
mus et ecclesiastica alimẽta corpori de
bita suscipimus et qđ subditorũ est nõ
eis impendim⁹ qđ ē cõtra illud ezech.
iij. Audies verbum ex ore meo et ãnũ=
ciabis eis ceterũ gre. li. i. omel. ij. Pre
posit⁹ inqt sin culpa nõ ē qñ vba vite sibi
subiect⁹ pplus nõ audiẽs ex sua culpa
moritur. Ille eni occidit q̃ tacẽdo mor
ti ꝯsẽtit qui igr̃ p̃est si tacuerit re⁹ mor
tis tot vicib⁹ iueiẽ qt pmittit hoies ta
cẽdo duci ad mortẽ ⁊ id ibidẽ omel. xv
iij. Pẽsem⁹ inqt cui⁹ dñatiõis sit: sic sine
labore laboris mercede zpcipere quasi
dicat ꝙ viuẽtes ex bõis eccl'e ad vita=
tis p̃dicationẽ debẽt isudare. Nã doctri
na a sacerdotib⁹ expectaẽ vt sonãt p̃ce
pta veteris legis: vt inqt hiero. epist. xl
iiij. ⁊ aplus ad titũ. Oportz inqt epm in
doctrĩa eẽ fidelẽ vt potẽs sit exhortari
sana doctrĩa. Ille ei potẽs ẽ q̃ nõ solũ v
bis se etiã vite bone exẽplo p̃dicat: qm̃
peccatori dicit de⁹ q̃re tu enarras iusti=
cias meas: ⁊ assũis testamẽtũ meũ per
os tuũ qr scz p̃dicãtes sermonẽ efficacez
nõ habẽt si opib⁹ vbis ꝯtradicant. q̃. p
pt greg. moraliũ. xxx. tũc inqt sermo ẽ vi
u⁹ ⁊ efficax cũ p̃dicator i vita pura san
cta: atq; pfect⁹ ē sicut fuit stephan⁹ de
q̃ actuũ. ix. dr̃ ꝙ nõ poterãt resistere sa=
piẽtie ⁊ spũi q̃ loq̃bat̃ Itẽ li. x. ecclesia=
stice hystorie ca. xxx. legiẽ ꝙ cũ sãcti pa
tres oli cõuenissẽt ad ꝯsiliũ nicenũ: ibi
phl'i disputatiões ⁊ dubia mouebãt in
tãtũ ꝙ maximũ fuit spectaculũ maria
q; cõgregatio audientiũ. nec poterat q̃
dã philosophus ibi existẽs ab aliq̃ con
cludi: sed vt ostenderet deus quia nõ in
sermone regnum dei: sed in virtute cõ=
sistit quidam ex confessoribus simpli=
cissime nature vir et nichil aliud sciens
nisi xp̃m iesuz et hunc crucifixum inter
ceteros auditores ep̃s aderat q̃cum vi
disset phl'm isultantẽ nostris et callida
se disputationis arte iactãtez po. cit ab
oĩbus locũ velle se paucis cuz phl'o ser
mocinari. Cum vero nostri qui simpli
citatẽ viri ⁊ iperitiã i sermone dũtaxat
nouerãt ceperũt pauere ⁊ velut pudo=
rẽ q̃ndã pati ne forte apud callidos ho
mies risui efficereẽ sãcta simplicitas.
Perstitit tñ senior ⁊ hic mouit sermo=
nis exordiũ. In noie inqt iesu xp̃i phl'e
audi q̃ vera sũt. De⁹ vn⁹ ẽ q̃ fecit celuz
⁊ terrã quiq; homini quẽ de terre limo
formauerat. spm̃ dedit: ⁊ vniuersa q̃ vi
dẽẽ ⁊ q̃ nõ videtur. virtute vbi sui crea
uit: ⁊ ispũ sui sãtificatiõe firmauit hoc
verbũ ac sapientia quem nos filium di
cimus humanos miseratus errores ex
virgine nascitur. et per passionem mor
tis a perpetua nos morte liberauit: ac
resurrectione sua eternam nobis contu
lit vitam quam et expectamus iudicez
omnium que gerimus esse venturum.
Credis hec ita esse phl'e? At ille velut si
nunq̃ vllum sermonem contradicendi
didicisset ita obstupefactus virtute di=
ctorum mutus ad omnia hoc solum po
tuit respondere ita sibi videri: nec aliud
verum esse qua dixerat itaq; ille qui a
nullo constringi poterat: per humanaz
sciam a simplissimo viro cõclusus est.
Ex quo patet ꝙ vite sanctitas ⁊ non in
tellectus ingeniositas verbum predicã
tis efficax reddit. ceterum eodem libro
ca. ij. legitur ꝙ mulier quedaz captiua
fuit apud gentem hibernorum que in
sua captiuitate sanctissimam vitaz du
cebat. Accidit tamen vt adolescens q̃=
daz egrotaret cui⁹ mater per singulas
domos ibat remediũ petẽs. Ad illã igi
tur captiuã cũ venisset iterrogauit an
remediũ ꝓ suo filio sciret q̃ respõdit ꝙ
aliud remediũ nesciebat nisi ꝙ christ⁹ i
quẽ credebat ipm sanare poterat. Ora
tione igitur fusa infantem sanuz reddi
dit: cuius mater miraculum per totuz

regnū promulgauit. Regina igitur hoc audiens cum infirma esset ad predictā captiuam accessit et fusa oratione sanitatē accepit ī nomine iesu christi. Qua propter regina christū verum deū esse suo marito et omnibus nunciant. Cūq rex cōuerti differret accidit vt ī venatione in tenebris maximis esset. Christum igitur inuocauit dicens. O christe si deus es me nunc libera: et protinus luce clarescente liberatus et cōuersus est. Ecclesiam igitur edificari fecit et ad cōstātinū vt sacerdotes mitteret scripsit quod et fecit. Cunq columna quedā ecclesie humana virtute eleuari non posset predicta captiua oratione impetrauit: vt hac ergo hystoria patet q sanctitas vite plus facit ad conuersionē q scientie ingeniositas: vnde isaye. xl. Super mōtem excelsū ascende tu qui euāgelizas syon. Ille autem super montes ascēdit qui in sanctis operibus viuit. Ille enim euangelicat qui diuium verbum predicat. vnde ezechielis primo. Speculatorē: dedi te qui in alto conspicis.

Capitulum decimum de scholasticis.

Licet omnis scire bonum sit: diuine tamen veritati potissime intendendū est quia nec fallit nec fallere pōt. Legimus enim geñ. xvi. qualiter abrahā ācillā dñe subiecit: sic oēs humāe sciētie diuino scrutinio debēt ancillari: vñ augu. li. ij. de doctrīa christiana sic inquit. Homo quicquid extra sacram scripturā didicerit si noxiū est: ibi dānatur si vtile est ibi īuenitur: vñ idem epla. iij. Nulle litere cōparāde sūt duobus preceptis dñi in quibus oīs ars. Ibi enim phisica: quia deus est causa oīm naturarū: ibi ethica. quia non nisi diligendo deum vita bona famatur. ibi logica quia deus lumen est anime: ibi salus rei pu. Quia nisi dñs custodierit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eā. Pō ipa sacra sapiētia pu. viij. inquit. Audite qm̄ de rebus magnis locutura sū et aperientur labia mea vt recte predicēt: veritatē meditabitur guttur meū. Hec enim dat intellectum paruulis. vñ sapie. vij. Optaui inquit scilicet sapiam et datus ē michi sēsus inuocaui et datus est michi spūs sapiētie. In hac autē sapiētia teste hugo ī didascali pte. v. In proprio īgenio nō est cōfidendū. quia potius oratione q studio acquritur. vnde math. xi. Abscōdisti hec a sapientibus et prudētibus: et reuelasti ea paruulis: vnde cassianus in collationibus patrum. Cupiēs inquit ad noticiam scripturam pertingere nequaq debet suos labores cōmētariis impendere: sed omnem industriam mētis et intentionem cordis erga emendationem vitiorum detinere quibus expulsis scripturarum sacramenta contemplatur sicut ab oculo purificato colores cōcernūtur: narrat etiā cassiodo. li. de insti. scripturarum q cum explanationem cuiusdam questionis inquireret septem diebus et noctibus in oratione persistit quousq deo reuelāte cognouit. Hmōi igitur sapientie studium bonis operibus potissime exercetur: unde hugo vbi supra. Bene inquit scripturam audit qui ea que audit ope complet: vnde libro ix. historie tripartite de quodam abbate legitur q cum audisset versum illum psal. Dixi custodiā vias meas etc. Tūc amplius voluit audire dicens sibi sufficere si quod audierat posset adimplere: vñ anno vite sue. xlix. Interrogatus si predictū versū didicisset et cōpleuisset: respōdit q vix cōplere potuerat. Nō ergo in magnis difficultatibus sed in bonis operibus sacre scripture studiū versatur vnde ecclesia. lxxxij. Pie agentibus dedit deus sapiam. Quis enī tam stultus vt cum dicat sapientem cuius vita mala est dissoluta et enormis. Omnis enim dissolutio ex insipiente radice manat: Ille igitur sapiens putandus est qui sua

opera sapiēter diligēs ea facit que sapientē facere decet. Nā iste est fructus vere philosophie scȝ bene loq̄ scđȝ suū statū ⁊ ꝯsequēter bñ viuere vt dicit apuleiꝰ lib. de deo socratis. vñ aristippus philosophꝰ cuidā tyrāno interroganti q̄d istud studiū philosophie ꝓficeret sibi: respōdit. Ut inq̄t cū oībꝰ hoībꝰ secureq̧ itrepide sciā fabulari. Nā apostoli populū dei sic cōuerterūt: q̄ vnū quēq̧ secūdū suū statū docuerūt: nūc dñis nūc seruis: nūc patribꝰ: nūc filiis: nunc vxoribꝰ veritatē suadētes. vñ ad ephe. v. Uiri diligite vxores vr̄as. ⁊ ibidē. vi. Filii obedire parētibus: serui obedite dñis: p̄ma petri. ii. Serui subditi estote. ⁊ ibidē. xiii. Mulieres subdite sunt viris suis. ⁊ p̄ria ioh. ii. Scribo vobis patres: scribo vobis adolescētes: scribo vobis infātes. Insup gētiles cōformiter fecerūt. vñ pōpeius li. viii. ⁊ policraticꝰ li. vii. ca. iiii. pariter narrāt qualiter pithagoras audiēs vrbē crotomorū esse dissolutā: venit vt doceret itaq̧ alio affatu viros: alio quoq̧ matronas hortabat̄ vnicuiq̧ veritatē predicans. Itaq̧ secūdū statuū diuersitatē leges ⁊ mores descripsit. Ratione igit̄ potiori diuini verbi predicator aīo valido veritatē detegere debet. Sed plurimi sui abditis primis detrahūt: quorū peccata corrigere vbi fas est negligūt. ibi loquunt̄ vbi tacēdū est: nā eccle. xxxii. Ubi nō est auditꝰ nō effūdas sermonē. Congruit ergo loquendi tps et locū explorare. vñ primo saturnaliū legitur qꝫ socrates orator grecꝰ in cōuiuio existēs rogatꝰ fuit vt de fōte sue eloquētie aliquid ꝓponeret q̄ renuit dicēs. Nichil inq̄t tā gratū philosophie sicut locis ⁊ tēporibꝰ aptare sermones. vñ eccli. xi. Prudentie statura pondarabuntur: q̄ scȝ loquēdum est iuxta exigentiā locorum et personarum: valerius li. vi. ca. vlt i. narrat de xenocrate. Qui cū gratis eloq̄is mores abstrueret vidit quādā supuenientē cuius criminia grādia erāt ⁊ ideo materiā de qua loquebat̄ ꝑtermisit vt pctā illius detestari posset ideo eccl'iasti. xxvii. dicitur. Cū viro irreligioso de sanctitate tracta ⁊ cū iniusto de iusticia. vñ se. ep'la. ci. dicit qꝫ talis debet esse philosophus vt ad ipȝ venies semꝑ aliq̄d ferat ⁊ ī aliquo melior ref. Potius igit̄ xbo p̄dicātis profectus debeat haberi. q̄m sicut dicit̄ ad cor. i. Sermo meus ⁊ p̄dicatio mea nō est inꝑsuasibilibus humane sciētie verbis sed in diuinis eloquiis.

¶ Finit liber octauus.

¶ Incipit lib. ix. qui est de statu principū et nobilium et habet viginti quattuor capitula. cuius primum erit de clemētia pricipum.



Clemētiaȝ habere debent principes maxime exemplo antiquorum. Narrat eī vale. li. viii. ca. i. de seruio galba qui propter homicidium morti condēpnatus erat. et cum proximus morti esset iudici dixit. Meam inquit non recuso mortem sed meos defleo paruulos quos tibi ire commendo. Misericordiam ergo obtinuit pietatis causa. Itaq̧ innocentia veniam non impetrauit. vbi pietas periculorum indulgeri fecit. Narrat etiā de quodam q̄ libidinis causa condemnatus erat: sed veniam impetrauit. eo qꝫ suaȝ ipudicitiam sponte declarauit. Beati igitur misericordes q̄m ipsi misericordiam consequentur. mat. v. narrat etiam augu. viii. de ciui. capi. x. de quodā cuius nomē ares qui morti cōdēnatus erat. ⁊ homicidio reus habebat̄ iudicantibꝰ tñ. xii. diis absolutus est a sententia sex illorū. xii. deorū q̄ venerabant̄ apud atheniēses: quibus lex erat qꝫ si voces iudicum erant equales tunc absolutio iusticie ꝑponebatur. Si igitur gentiles deum non cognoscētes

indulgere presluduerunt: merito et potius xpani iudices hoc facere debent vt scilicet potius indulgentiam q̃ rigorē exerceant. Verumtamen iudices prelati q̄ plures fauore vł ira seducti causas subditorū nō discutiūt: sȝ cū rigore sue temeritatis subditos affligūt. vñ narrat aug. vi. cōfessio. cap. xi. De alipio collega suo quō apꝰ carthaginē fuit deprehēsus de furto lȝ sine causa: accidit tñ diligēti discussiōe facta q̄ īmunis inuētꝰ ē. ⁊ inocēs: puero q̄dā reuelante q̄ furtū cōmiserat reptꝰ ē. ⁊ cōcludit. idē aug. Nō arbitror ei aliā ob causā deuȝ hoc pmisisse nisi vt vir ille scȝ alipius q̄ tantus faturꝰ erat inciperet discere q̄ non de facili iudicandus est hō. vnde de seipso narrat q̄ assistendo iudicio pretulit equitatem cuicūq̄ potestati iuxta p̄ceptū dñi: exo. xxiij. Nec iudicio plurimorū acquiesces: scȝ vt a vero deuies. ⁊ ibidē. Nō declinabis in iudicio pauperis. vñ leui. xi. Non iiuste iudicabis. et subditur. Noli facere iiquū aliquod in iudicio. sed oia in regula pondere et mēsura. ideo inuūxit beatꝰ ambro. theodosio impatori. vt añ. xxx. diē nullum ɔdēnaret morti: q̄ non ex libito nec ad libituȝ ꝓcedēdū ē: nam ⁊ dño gñ. xviij. dictū ē qualiter clamor sodomorꝝ venit corā eo: nō tñ statim cōdēnauit: sed ait descēdam ⁊ videbo ⁊c. q̄ scȝ cū magna deliberatione iudicandum est et nō cū ira vel furore. sapiētis duodecimo Et tu cū trāq̄llitate iudicas. Ira q̄dē viri iusticiā dei non operatur iacobi primo. vñ seneca li. i. de ira narrat de q̄dā iudice tyranno qualiter tres milites innocentes ꝓpter irā suā cōdemnauit. Primum enim cōdēnauit: q̄ redierat sine suo commilitone seu socio: imponēs ei q̄ illum interfecerat. Precepit ergo cuidam militi vt cum duceret ad locuȝ supplicij. Cumq̄ tamen eum duceret venit cōmilito seu socius eius qui ad supplicium ducebatur: et tunc ad iudicem credḯt vt ille excusaretur. quod vides iudex iratus est: primoq̄ militi dixit te iubeo īterfici. quia semel cōdēnatus es secūdo aūt dixit: q̄ causa dampnationis tui cōmilitonis fuisti: similiter te iubeo īterfici. tertio dixit: et te iubeo occidi: q̄ iussꝰ occidere p̄cepto non paruisti. iō isidorꝰ. iij. de sūmo bono ca. xxv. Judex inq̄t iracūdꝰ examē iudicij ītueri nō valet: q̄ caligīe furoris execatꝰ nō videt. vñ aug. epist. xxxv añ finē concludit dicēs. Nō debet inq̄t iudex vēdere iustuȝ iudiciū aut detestari verū iudiciū licet vendat aduocatus iustum patrociniuȝ et iurisperitus verum consilium. Illi enim inter vtramq̄ partem examinis adhibentur. Isti vero ex vna parte consistunt. Nichil ergo turpius nil sordidius q̄ iudiciuȝ vendere: vt ponit aug. vij. confessionum. Naȝ iudicium si fiat ad preciuȝ sordibus computatur: vt ait policratus. v. li. ca. ij. q̄ cum iudex sit famulus iusticie. Si igitur iusticiā vēditꝰ suam dominam precio exponit. Veruntamē illud iosue. iij. verificatur. Puellam inquit vendiderunt vino vt biber et scilicet iusticiam: sed qui emit nō letetur: vt dicitur ezechielis primo q̄ venditor et emptor peccant. Tales enī figurantur. numeri. xxij. in balaach qui corrupit balaaȝ muneribus et excecauit. vnde petronius sic ait. Quid faciūt leges vbi sola pecunia regnat: aut vbi paupertas nullo iure vincere potest. Iā igitur iudiciū nichil est: nisi publica merces. Quapropter tullius lib. iij. officiorum dixit q̄ a maioribus hoc accepimus: vt contra iusticiam nil agamus: maiores enim predecessores vocantur. vnde A. gellius lib. v. de imagine iusticie narrat qualiter crisippus os et oculos iusticie vultūq̄ seuerū depinxit: verbaq̄ veneranda colorauit. et sequitur. Forma virginali aspectu vehementi sine formidine eam intronizauit quia scilicet iudices formidare non debent quin iusticiam agant. nam valerius lib. vi. capi. iij. de cambise narrat q̄

liter fuit per eum iudex quidam excoriatus eo q nullam iusticiam fecerat et super ei⁹ pellē filiū eius tanq̄ iudicē se dere iussit. Faciēda est ergo iusticia admixta. tamen decenti pietate sicut ioseph fecisse legitur.

Capitulum secundum de bonis principibus.

Princeps incontinens subditorũ maculat vitã suo prauo exẽplo. vnde timẽdũ ne luxuriosus priceps subditorꝝ filias ⁊ cõiuges violet Magna igit̃ securitas est in dño si castus priceps extiterit. Nẽpe viri veteres ⁊ celebres castitate florentes laudis pmiũ hucusq̃ meruerũt. Queso eĩ vt scipionis castitatẽ commemorem⁹ narrat eñi vegetius de re militari.iij. ca.x. q̃ scipioni africano virgo pulcherrima ⁊ nobilis adducta fuit quã licet naturalit̃ affectaret. nichilomin⁹ diligẽtissie eã custodiuit. ⁊ cũ captiua esset eã redemit: suoq̃ sponso q̃ nõdũ eã cognouerat virginẽ tradidit cui⁹ nomẽ aliclius ⁊ p dote nuptiali munera grãdia pbuit. Simile etiã de alexãdro legim⁹. Insup octauiano legim⁹ i policrati li.iij.cap.x. Quomodo virgo cleopatra ad eum accessit: eiusq̃ oculos ratiõe pulchritudinis sollicitauit. Uerũtamẽ ei⁹ pulchritudo pudicitie non obfuit. vñ poeta. Uultus adest pcibus faciesq̃ ĩtacta porat. ceterũ vege. libro. iij. ca.iij. narrat quomodo hãnibal vigilijs et abstinẽtijs corpus suũ macerabat per quam abstinentiam libido extinguebatur. Legimus insup abstinuisse cesarem iulium ꝓut narrat policra. li.v.ca.vi. et ideo ecclesiasti.x. dicitur. Ue terre cuius rex puer est ⁊ cui⁹ principes mane comedũt. Beata autẽ terra cuius rex est nobilis: et cuius principes vescuntur in tempore suo scilicꝫ ad reficiendum et non ad luxuriandum. Attẽdamus quomodo amor mulieris enerauit potentiam sansonis infatuauit sapientiam salomonis: sactimoniam dauid fedauit ꝓut ait hiero. epla. xxxiiij. ⁊ subdit. Nec salomone sapiẽtior: nec dauid sactior nec sansone fortior et tamẽ vtriq̃ a muliere decepti sunt Nullum enim imperium durabile nec principatus stabilis quando regnat in

principe libido luxurie. vnde policratus lib.vi.ca.xij.dicit q imperium romanum exhaustum est nerone imperante cuius gula omnia deuorauit et maculauit libido exhausit: auaritia superbia cum luxuria exinaniuit. Insuper egesippus.li.primo.loquens de antonio ipsi augusto dicebat. Ille inquit scilicet antonius non est victus virtutibus tuis:sed magis est victus moribus suis. Dicit enim cum cleopatra vxor cum q malluit vinci q sine ea vinceres. Nunquid etiam vale. narrat li.ix.ca.i.qualiter vrbs volscinensium erat optime legib9 regulata:sed p luxuriam plapsa est.et ideo ante concludit.quid fedius: quid danosius est scilicet luxuria p quam virtus atterit victorie relanguescut et cepta gloria in infamiam conuertitur animiq et corporis vires expugnant a deo vt nescias ab hostibus:ne ab alia capi. perniciosius habendum sit.

Ca.xv.de moribus principum

PRincipum maxime. e morales esse:sicut dicit augu.de ciui.dei.libro.ij.ca. xxi.et narrat versum ennij poete dicentis. Moribus antiquis stat romana virisq. Namq diu romani mortales fuerunt tandiu orbi prefuerunt.vn augu.v.de ci.xij. verba cathonis narrans dicit. Nolite idt estimare maiores nostros rempu.augmentasse. Nam si ita esset multo pulcherrimam nos eam habeam9. Quippe sociorum atq ciuium pterea armorum et equorum maior copia nobis q illis est.sed alia fuere q illos viros magnos fecerut q nobis nulla sut domi industria foris iustu imperiu anim9 consulendo liber neq libidiniq neq delicto obnoxius p his nos habem9 luxuriam atq auaritiam publice egestatem priuati opulentiam laudam9 diuitias sequimur inertiam iter bonos et malos discrimen nullu oia virtutes pmia ambitio possidet hec aug. Ex quib9 concludit q virtutes morales.R.P. manutenuerunt atq exemplu colligit q vita spualis in huioi moribus consistit atq roborat.vn augu.li.i. ca.xxxij. loques de scipione ait q no cesebat ille sclz scipio.R.P.esse felice stantib9 menib9 ruentibus morib9.et eode libro.ca.ij. Romani inqt ceciderut non murorum casu sz mor defectu:neq ignib9 eor tecta ardebat: sz corda cupiditatib9 iardescebat atq psidedi poti9 q corrigedi volutas romanos cotriuit et qr homo quasi ciuitas est cui9 value sunt sens9 ciuesq vires sut aie quib9 impat voluntas.dz ergo tanq ciuitas morib9 ornari:qr sicut ait seneca epla.lx. Mos est metis habit9 ex quo singulor oper assiduitas manat. Ite pollicrat9 lib.v. iij.dicit q virtutibus fiut mores et moribus virtutes acquirut. Sz qr multa vitia prauos mores no credut ppt assiduitate:vt ait sene.lib.de vita beata. Ideo absq pudore hoies criminib9 seruiut virtutesq acqrere no curat. et concludit ibide sene. q aliter e agedu i via moru et alit pedu i morib9 no e tuta via qua sepi9 multi sequutur.sz in via pedu frequent cotrariu est et si mores congruut sapieti maxime.tn principi. Sz qso inqram9.vn principu coru punt mores estimo em q fast9 et supbia hoc faciunt Na priceps humilis existeret moribus floreret.sed supbia tollit sensu:corrumpitq mores. Utina attederet principes verba darij loquentis alexadro. vnde fertur in historijs alexandri qualit darius vulneratus et in lecto positus alexandro dicebat fili alexander: vt plenius tua sapientia nouit:totus mund9 in corruptione positus est. Sic enim diuina prouidentia a principio ordinauit nichil esset constans tutum vel firmum.sed totum variationi subiectum. Cum autem quis ad tanti dominij asce dit culmen:vt iam non hominez sed deum se estimet mox ad imaruit.et dum

eius casū se meruisse cognouit: ⁊ deoꝝ benignitatem inuocauerit: ne laqueū desperationis incurrat subito misericordia subleuatur. ⁊ subditur. Cōsidera inq̄t fili q̄d fui heri ⁊ q̄d sū hodie. heri nāq; rex regū ⁊ dn̄s dominantiū vocabar: ⁊ nunc absq; potestate lugeo. q: vna supstitione seduct⁹ dijs volui assimilari. Cōsiderāda est etiā ipsi⁹ nabuchodonosor historia q̄ cū eleuaret corruit sensū ꝑdidit: ⁊ tanq̄ animal brutū cū feris vixit. Hūiliatus tamē postmodum restitutus fuit. ideo propheta dicebat. Quoniā iniquitatē meā ego cognosco. Absit ergo superbire propter bona que in mundo sunt: in quibus nulla securitas est. vnde bernardus. Nusq̄ inquit est securitas neq; in celo neq; in terra neq; in paradiso. Namq; de celo cecidit angelus de sede maiestatis: adam cecidit de paradiso voluptatis. et de mundo cecidit iudas de scola sanctitatis. Humiliemur ergo considerātes diei finalis terrorem. vnde gregorius. Tunc inquit erit superius iudex īcitatus: inferius chaos horrendū a dextris peccata accusātia: a sinistris infinita demonia ad supplicia trahentia. Interius erit conscientia vrens ⁊ exterius mundus ardēs. Quid igit̄ faciet peccator. nam latere impossibile erit ⁊ patere horribile: ecce q̄ta humilitatis occasio. De quodam rege legimus in legendis sanctorum q̄ cum vidisset duos christi pauperes de curru descendit vt ipsos honoraret. quod videns frater eius ipsum increpauit dicens q̄ nō decebat regē sic humiliari corā pauperibus. quo audito rex iussit suis preconibus vt ipsum citarēt cum familia et liberis: quod videns ille qui regem reprehenderat cū habitu humilitatis corā rege accessit cū liberis ⁊ familia: quem cum vidisset rex ait. O inq̄t stulte preconem fratris timuisti: ⁊ licz non peccaueris: tamē te humiliasti ad verbum preconis fratris tui vterini. Nunq̄d igit̄ potius precones iesu christi pauperes formidare et reuereri debemus cū de ipsis in euāgelio dicat veritas. Qui vos honorat me honorat: ⁊ qui vos spernit me spernit. ⁊ iterum q̄d vni ex minimis istis feceritis michi fecistis. Hūilis ergo mēs nr̄a existat nullū spernat: sed futuri iudicij terrorē cōcernat. Unde hiero. Siue comedā siue bibā sēper illa vox resonare michi videtur in auribus meis. surgite mortui venite ad iudiciū. Q: tamen dn̄i ⁊ principes fastū ⁊ superbiam amant ideo i auribus suis si resonaret vox sophonie ꝓphete hūiliarētur. Dicit ei sophonias ca. i. loquendo i persona dn̄i. In illa inquit die visitabo sup principes ⁊ super filios regis et sup omnes qui arroganter ingrediuntur super limen ⁊ compleuerunt domum dn̄i dei sui iniquitate ⁊ dolo. ⁊ sequitur. Disperierunt omnes innoluti argento: et qui dicunt in cordibus suis non faciet bene dominus ⁊c. et sequitur. Fortitudo eorū in direptione erit et domus eorū in desertum edificabūt domos ⁊ nō habitabunt in eis plantabunt vineas et nō bibēt vina earum. ⁊ sequitur. Cōturbabo homines et ambulabunt vt ceci. q: dn̄o peccauerunt et effundetur sanguis eorū sicut humus: et corpora eorum sicut stercora: sed argentum ⁊ aurum eorum non poterit eos liberare in die ire dn̄i. Utinam principes talibus verbis corrigerentur: moribusq; suis rempubli. diligerent: exemplo titi de quo legitur q̄ tam modeste R. P. rexit vt de sola clementia. argui posset. Unde mores pricipum pulcherrime suadet seneca de quattuor virtutibus. capitu. iij. Impone inquit concupiscentie frenū ede citra saturitatem: bibe citra ebrietatē: obserua ne in cōuiuio: aut i aliqua cōmunitate hos dānare videaris: quos imitaberis: nec delicijs tibi presentib⁹ inherebis: nec absentes desiderabis. et sequitur. Odibilem quoq; hominē

facit ritus superbus et elatus ac etiaꝫ malignus et furtiuus. Si igitur risus iocos exigit hos cū dignitate sapiētie gere: sit tuus incessus sine tumultu ꝛ q̄ es sine desidia adulatione seuita. nō a cerba: sed blāda verba timebis: esto vi tiorū tuorū fugax: alioꝝ vero nō sis cu riosus scrutator docētiū esto facilis au ditor reqrenti facile respōde: superio res recte viuēdo nō timeas senior esto iudicio q̄ᷓ sermone vita q̄ᷓ vultu clemē tior esto fame bone. neqꝫ tu zizaniator neqꝫ alieni iuidus ad irā tardꝰ: ad mise ricordiā ꝓnus i aduersis firmus i ꝓspe ris cautus que nosti sine arrogātia po stulāti cōmunica ꝛ q̄ nescis sine occul tatione ignorātie tibi postula ꝑtiri. Hec ei oīa licet nō eodē ordīe documē ta sūt senece vbi supra quibꝰ modesta ꝛ morū honestas suadet que pricipibus maxime ꝑtinere dinoscit. nā isido. ix. e thimo. ca. iij. dicit ꝙ rex dicit a regēdo nec est rex qui nō regit. In principibus igitur nō ambitio: sed de subdis cura esse debet. vñ grego. xi. morali. Princi pes vocātur qui malis cogitatiōibus pricipātur. ꝛ ibidem. xxvi. Illi eni prīci pes sunt qui elationis gloriā declināt qui liuores mitigāt furores extigunt: qui tētationibus nō consentiūt: sed re gēdo preesse nouerūt. vñ oratius ī car mine. Lyrico sicut narrat aug. v. de ci. dei cap. xiij dicēs. Latius regnes odiū domādo spiritū. ꝛ clau. alloquēdo the odosiū dicebat. Licet inqt late domine ris: si tamē praua cupit si duceris ira. seruici. iugū pateris si autē tollis ꝛ le ges interius feras tunc oīa iura tene bis. Insup de valerio iperatore octua genario legimus ꝙ cū adhuc virgo es set ꝛ sue felicitatis premia recoli audi ret ait de vna tantūmodo victoria glo rior: ꝛ reqsitus que fuisset illa: respon dit. Qr inqt iimicorum domuꝫ sclꝫ car nem meā domaui ꝛ superaui. Hoc eni narrat vale. in quodam suo paruo tra ctatu. Illi ergo reges sunt qui se rege re nouerūt. vñ grego. mora. iiij. Illi inqt regnāt qui corpora sua regere sci unt. qui desideria temperant et cogita tiones legibus regulāt. ꝛ ideo. Ue ter re cuius rex est puer. ecclesiastes. xi. Nūc tñ pricipes seipsos regere nō cu rant ꝛ regna regere se iactant ꝛ qui su os iimicos se vicere dicunt modica tē tatione vincuntur. vñ seneca. epl'a. xvi. Multi inqt hostem vicunt: sed vicūtur cupiditate ꝛ cum agere videantur: ipsi tñ aguntur. Ideꝫ epl'a. c. de alexandro loquens ita dicebat. O inqt victor tot regū atqꝫ philosophorū ira atqꝫ tristi tia succubuit. ꝛ oīa preter se i sua pote state habebāt. Sibi tñ imperare maxi mū iperiū est. Idē epl'a. xxxviij. Si vis omīa tibi subiÿcere: subiÿce te rationi. Multos eni reges si rexerit te rō. Ab ipsa ei disces qd ꝛ queādmodū aggre di debeas. Idē epl'a. cxvi. Animꝰ inqt noster modo est rex modo tyrānꝰ. Naꝫ rex est cū honesta petit atqꝫ corporis sa lutē querit: sed tunc tyrannizat quādo turpia iubet ꝛ iura contēnit. vñ augu. iiij. de ci. dei ca. iij. concludit ꝙ quiꝰ pec cat etiā si regnet seruus est: nec vnius hominis: sed quod est grauius tot do minorū quot vitiorū. Naꝫ melior est q̄ dñatur aīo suo expugnatione vrbium: vt scribitur ꝓuer. xvi. De bono igitur rege dici potest illud prouer. xx. Rex q̄ sedet in solio iudicij dissipat omne ma lum intuitu suo.

Capitulum decimumsextum de liberalitate principum

VT dicitur prouerbio vicesimonono. Diuitie erogate addunt plurimos amicos. ꝛ pollicratus. li. iij. capit dicimotercio nar rat q̄liter titus ratiōe liberalitatis fa ctus fuit amabilis atqꝫ sui patris a uaritiam tota liberalitate curauit vt

tota eius complacentia i largiedo fo=ret: et tanto aio munera dare affectabat q vltra posse dona promittebat: et cum redargueretur dicebat. Nemo inqt a facie principis debet recedere tristis. vn cu quoda die nichil cotulisset dicebat. O amici mei die hu perdidi. Nullu ei viciu deteri9 auaritia signater in pri cipibus. vt ait tulli9 primo de officijs. ca.xxiij. Nempe largitas facit princi=pes famosos et claros: vt ponit ibide tullius capitulo decimooctauo. et boecius primo de consolatione capitulo quinto. dicit q claros largitas facit. Moraliter ergo auferenda est auari=tia de cordibus vt celestis glorie claritudinem mereamur. Nam sicut liberalitas in seculo reddit homines famo=sos: sic largitio in christi nomine facta facit rapere celos. Reprobade sunt ta=men plurium principum largitiones stulte. vnde seneca libro primo de beneficijs libro vndecimo. Respiciede sunt facultates quas prestamus atq perso ne quibus damus. et reprobat largitatem alexandri qui dedit vrbem cuida elemosinam petenti: et cum ille diceret q sibi talis elemosina no conueniebat alexander respondit. Non curo inquit quid te accipere deceat. sed quid me da re congruat Hec vox inquit seneca re=gia videtur et animosa: sed est stultissima qz decet considerare quid cui qua=do et quare largimus. Idem seneca ibidem de nimia cupiditate redarguit antigonum. cu icum quidam peteret tale tum: respondit q plus petebat q dece bat habere. Ille igitur videns se repulsum: petijt denarium: cui antigonus. Non decet iquit regem tam modicam remdare. itaq per cauillatione nichil se daturum conclusit. Si igitur alexandri reprehenditur idigesta liberalitas potius antigoni detestanda est cupiditas. Nempe tullius pmo de of. ca.xvij. dicit q largitas debet exerceri cum intentione ordinata non ad iactantiam et pompam: sed ad profectum suscipie dum. Nam fatuam largitione sequut rapine itaq no sua sed aliena distribu unt. vnde ambrosius li. de officijs. No est iquit largitas si quid largiaris vni et alteri extorqueas. et subdiur. Perfecta largitas est: necessitatibus singu lorum occulte subuenire: vt liberalem laudet os pauperis et non labia propa Nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. mathi. sexto et tullius prio de offi. capitulo decimoquarto. Ea iquit liber tate vtamur que prosit amicis noceat nemini. Nichil enim liberale est quod non est iustum. Insuper seneca libro p=mo de clemetia capitulo decimotertio Non est inquit liberalis qui de alieno est liberalis. Ceteru non sufficit de suo dare proprio: sed oportet hilariter et li=bere dare. vnde seneca primo de bene=ficijs capitulo sexto. Beneficium aspe re datum vocat panem lapidosum que esurienti capere est necessarium. tame acerbum. valerius libr. quinto capitu lo primo narrat de legatis carthagine sium. Qui cum venissent roma ad libe randum suos captiuos: senatus ptin9 his nulla pecunia accepta reddidit iu uenes numero duum milium et septin gentorum quadragintarium expietis=simos rerum. vnde tantum hostium ex ercitum dimissam tantam pecunia co temptam tot punitis iniurijs venia da tam ipsos legatos obstupuisse arbitra du e: ac secu dixisse o munificentia ge tis romane deoru benignitati equada O etia nostra legatione supra vota fe lice. Naq b\u0303ficiu nu\u0303q dedissem9 acce pim9 Uide p liberalitate romani fama atq dnia sibi coqstarut sic paret paupi b9 xpi bona erogates celoru regnu sibi acqrut. Itaq liberalitas deces e i pri=cipe marie nichilq turpi9 i ipo q aua rica. vnde innoceti9 papa sic dicebat. Quid inqt psut tibi o frater diuitie qd glorie quid leticie cum no liberent ho=minem a morte: non defendut a verme

non eripiūt a febre. Ecce qui iā glorio sus sedebat in aula: modo latet despectus in tumba: et qui viscebat delicijs in cenaculo modo cōsumit a vermib⁹ in sepulchro. ⁊ subdit. Timeāt igit diuites illud iacobi. Agite nunc diuites penitentiā plorate vlulātes in miserijs que aduenient vobis cū dicet. Diuitie vestre putrefacte sūt: et vestimenta vestra a tineis comesta sūt. Aurum ⁊ argētū vestrū vastauit erugo: ⁊ in nouissimis diebus thesaurizatis vobis iram dñi ⁊ in usurijs inutritis corda vestra Pauperes igit christi fame perierunt quos nō subueniendo occidistis ⁊ ecce sāguis eorū clamat Vindica dñe sanguinē nostrū hec innocēti⁹. Nec tñ pena cōminata auaritia animūdꝫ reuocare q̄nimo ſm dictamen rationis honor debet preferri vtilitati vñ valeri⁹. li. vi. ca. iiij. narrat qualit dario iā vno et altero prelio virtutē alexādri experto atq; ideo ptē regni thaurotenus mōte ⁊ filiā in matrimoniū cū decies centū milibus talētū pollicēte cū parmenio alexādro dixisset se si alexāder respōdit et ego vterer si parmenio essē. Ex qua hystoria colligi q alexander potius honorem q̄ cupiditatē amabat. Nempe auaritia in principe signanter pessima est. iō apostolus dicebat. Nec auaricia nominetur in vobis que est idolorum seruitus. et. ecclesiasti. xv. diciturq diuitie congregate in malum domini sui pereunt in afflictione pessima. ideo catho. Dilige denarium. sed parce dilige form am: quia scilicet pecunia non ad cupiditatē: sꝫ ad necessitatē acq̄rēda ē.

Capitulum decimum septimū de patientia pricipum.



Patiētia ⁊ sioms: pricipē tamen maxime decet. exēplo apostoli. ij. corith. iiij In omnibus inquit tribulationem patimur: sed non āgustiamur. apropriamur: sed non destituimur. persecutionem patimur: sed non derelinquimur. Fratres igitur confortamini in domino et in potentia virtutis eius scri it adephe. vi. Attendamus eni q̄ta uit in antiquis animi patientia atq; cōstātia. narrat enim policra. de cesa. augusto. li. iij. c. xiiij. q mire patiētie fuit. vñ dicebat q vir habere debet in auribus diligentiam. in lingua taciturnitatem et in animo quietem. Hec enim didici a iuuentute mea. vñ greg. xx. moraliū dicit q princeps refrenare debet impatientiam ex cōsideratiōe paritatis sue cum illis quibus preest. vnde sene. li. i. de clementia dicit q princeps cauere dꝫ impatientiam que deformat hominem exteriorem et confundit interiorem. q̄ propter idem senec. lib. primo. Nichil inquit eque profuit iratis sicut intueri suam deformitatem. Nam ira faciem turbat: ora pulcherrima defedat. toruos vultus ex tranquilissimis reddit omnisq; decor relinquit iratos. et ideo dixit sixt⁹ q iratis pfuit asperisse speculū vt imago repcussa ostendat homini suam deformitatem: quoniam ira viri iusticiam non operatur. iacob. i. Decet igitur in tribulationibus constanter permanere vt sit fortitudo et decor indumentum eius atq; verificetur illō ecclesiasti. xlv. Vsq; in senectam permāsit illi virtus. Etenim libro de vita cesaris legitur q cesar patientissim⁹ fuit: atq; de sibi dictis iniurijs vindictam non egit: sed dissimulauit atq; cum suos aduersarios subiectos habebat sepius pepercit. Nam vir bonus audiēs improperia debet cogitare eorum stultiam seu ignorantiam. vt ponit seneca li. iij. de ira vbi narrat q cum chimargies historiarum scriptor quedā cōtra cesarem scripsisset monuit cesar vt sermone moderatiori vteretur quod facere renuebat: nec tamen cesar se vidicauit. sed solummodo domum suam sibi inter dixit. Et ideo concludit seneca. Non qui offendit fecit quod voluit. tanq̄ limic⁹

sedqui prudens erat aliene stultitie remisit. Insuper. Seneca de mira patientia antigoni narrat ibidē. Qui cū multa improperia audiret dicebat ꝙ militem decebat non solum certare baculo sed etiam animo viriliter. Ergo agite ⁊ confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino. iuxta prophetam. Quid enim prodest ira suum animum affligere: qui enim sapiens est pati discit nec de leui mouetur.

¶ Capitulum decimumoctauū de legibus.

Sine legibus policia regulari nescit. Unde romani suis legibus suam policiam sublimauerunt. vt ponit policratus lib. vi. capi. xij. et Tullius in sua prima rhetorica. libro primo ait. ꝙ omnes leges ad cōmodum reipublice referende sunt: ⁊ sicut medicina corpori ꝓdest sic republice leges. Insuper ambro. in suo examerон omelia. v. dicit ꝙ reipubli. est vsus esse cōmunes: atq; obseruari deuotiōe cōi quasi plures partes reuereri: quoꝝ cōsilio respublica gubernetur: Nec tamē leges sunt quibus mala imperātur q̄niā lex est recti preceptio: prauiq; depulsio: vt ait tul. li. de natura deoꝝ. vel lex est ius scriptū asserēs honestum: ꝓhibensq; cōtrariū. vt ait gratian⁹. Nā lex est interpres equitatis: rerūq; diuinarū ⁊ humanarū cōpos: vt ait crisippus. Eapropter veteres legib⁹ pollicias regularūt sicut solon ⁊ licurgus sed crescētib⁹ vitijs leges perierūt: vt ait seneca. epl'a. xciiij. vnde augu. i. de ciu. dei. ce. xvi. ⁊ A. geli⁹ li. ij. c. xi. narrat. ꝙ apud athenienses leges solonis asseribus ligneis incise erant: vt sempiterne manerent. nam leges sunt sicut capistrum vel frenū equo: vt ait chrisostomus super iob omelia. xxxvi. Nunc tamen vnusquisq; voluntatem pro lege capit. Abusio tamen maxima est populus sine lege qui licet legem se habere profiteatur: diuinam tamē n censuram non imitatur: quia teste augustino. iiij de ciuitate dei capitulo. vi. Omnis lex est inanis: nisi i psius censura diuine legis imaginē gerat. Quapropter diuina sapientia prouerbioꝝ octauo ait. Per me inquit reges regnant: ⁊ legū conditores iusta decernunt. Fidenum ergo ciuitas lege diuina reguletur. q̄ tunc ciuitas est dei quando rex est veritas: lex est charitas: et modus est eternitas: inquit augustinus epistola quinta. Sed ciuitas tūc est diaboli quando rex est mendacitas lex est impietas: et modus est instabilitas. Huius enim ciuitatis ciues sunt impij homines qui lege diuina relicta vtilitatem ꝓpriam equitati preferunt. sed lex diuina licet sit vna omnibus: tamen sufficit ꝙ multiplex est in fructu et virtute: vnde iob. vndecimo multiplex lex eius. Ipsam tamen plures non sufficere putāt: aut ipsius obseruantiam spernunt: sicut athenienses qui cum equissima iura sed iniquissima ingenia haberēt: maluerūt suis moribus q̄ legibus vti. vt ait valerius lib. quīto capitulo tertio. Tales enim sūt sicut tele aranearum que animalia infirmiora detinent sed validiora abire permittunt: quia tales condūt leges quas iubent seruari: sed ipsi obseruare nolūt. prout ait valerius libro septimo capitulo tertio. Quia eorum leges solum pauperes opprimunt: ⁊ diuites in suis malicijs nō puniunt. iuxta illud prouerbioꝝ. xvij. Qui iustificat impium et condemnat iustum ab hominabilis est vterq; apud deum. Legibus igitur ipsius christi regulemur in presenti vita dum viuimus.

Capitulum decimumnonum de consilio principum.


Principes absque consilio plebem faciliter dissipabunt. Nulla enim policia absque cōsilio prosperari potest vnde. tul. i. de offi. c. xxij Modica inquit sūt arma foris: nisi cōsilium interius fuerit: et ibidem concludit quod ciuitati athenienssium plus profuit cōsilum solonis quam victoria themistodis. Insuper seneca li. de tranquilitate animi circa principium dicit quod ille solus reipublice non prodest qui de pace tantummodo vel de bello cura: sed qui iuuentutem exhortatur atque bonis precepti os virtutem instituit: atque ruentes ad pecuniam seu luxuriam retrahit. tul de senectute. Consules compat illis qui regunt nauem. Sana igitur et matura imitanda sunt consilia que in senibus reperiuntur. vt frequenter Unde roboam dereliquit cōsilium senum et iuuenum adhesit cōsilio. et ideo regnum amisit. vt dicitur. ij. regnum. xij. Nam in antiquis est sapientia. vt dicitur iob. xi. narrat enim valeri⁹ lib. vi. c. ij. de marco castritio. q. Cn. carboni sibi minanti et dicenti multos se hre gladios. respōdit et ego annos quasi dicat. iō te nō timeo. Insup au. ep. xxxviij ad dioscor narrat de demosthene. philoso. qlit habitu simplex erat accidit tn̄ vt rogaret qten⁹ vellet canere cuz lira sicut oli facere mos trat q̄ recusauit dicens se nescire: cui mulier quedā ait q̄d igit nosti. respōdit. Rē indt publicam noui ex parua facere magnaz. Nō igit leuia s; matura querēda sūt ꝯsilia: qm̄ teste tulli. i. rhetorice ca. xxiij. Prudentis est bene ꝯsiliari. et ꝯmētator dicit quod bona ꝯsilia ē habit⁹ coniecturatiu⁹ ꝑm ratiocinationē opabiliū et bon⁹ cōsiliator dicit ille: cui talis habit⁹ iest. cuiusmodi est hō iust⁹ et sapiēs vnde. vi. ethico. dicitur quod homo naturaliter est consiliati⁹. non tamē quicunque homo sed qui sapiens est ille consulere nouit. A sapiente igitur ꝑquire consiliuz. vt dicitur thobie. iiij. et nō ab incipientib⁹ vt dicitur ecclesia. viij. Cū fatuis cōsiliū nō habeas: vt dicitur ibidez vnde ꝓuer. xxiij. Astutus oia agit cū consilio et seneca in tractatu de virtutib⁹ sic ait Si prudens esse cupis futura ꝓspice et que possūt cōtingere animo intēde. Nichil tibi subitū sit: sed totū ante perspicias qui enim prudens est non dicit nō putaui hoc fieri. Nō enim dubitat sed expectat non suspicatur sed cauet.

Capitulum. xx. de militibus.

Militibus eo pacto virtutes competunt quo milites interpretari volūt. Miles enim vir est quasi ex mille electi⁹: sed qualis electio erit nisi ꝟtutib⁹ floreat ip̄e q̄ tot homines ꝓcellit. Militib⁹ igit ꝟtutes cōpetūt corporis et mētis: vt corp⁹ in bello valeat et mēs bona ꝓuidēntia dirigatur Et quāq̄ omnē virtutē habere militez decor esset: quasdā tamē sibi pre cōgruere legim⁹. Decet enim militē fore strēnuum ac prōptū ad licitos et honestos labores iuxta illud quinti. ca. vi. Labori inquit oportet insistere vbi effectus promittitur qr naturalis est fauor pro laborantibus: vt inquit idem quintili. lib. iiij. de oratoria istitutiōe. vnde sen. ad lucillum. Generosos animos labor nutrit: nec est viri timere sudorē. Nam mollicies est fugere laboriosa vt iquit aristo. iij. ethi. Erubescāt ergo milites temporis huius in quibus nō strenuitas sed mollicies ē loco galee pileū castoreū accipiūt: ꝓ lācea baculū sceptro similē: ꝓ armis vestes rubricatas et politas et oēz militie laborē ꝓlimi ad voluptatē trāstulerūt. Uerūtn̄ teste ꝟgi. i geor. li. i. Labor oia vicit. et in matheo in thob. Est carnis cultura labor caro nuda la

bore. Fit sterilis spinis obsita messis oi ps. Verentur igitur milites ociosi ad labores tardi. Nã teste vale. li. viij. c. viij. Ociũ industrie maxime videtur cõtrariũ: itaq milites exercitio frequẽter debẽt habilitari: vt laborib⁹ subesse nõ ita timeant. nã teste gaufrido in poetria. Ara tritos vsus prõptos imitatio reddit. Artifices aptos tria concurrẽtia sũmos. ꝛ ovi. iiij. tristiũ. igeniumq meũ lõga rubigine lesũ. Torpet et est mũdo ꝙ fuit ante min⁹. Fertilis assiduo si nõ remouetur aratro. Nil nisi cũ spinis gramẽ habebit ager. Cõtulit ingeniũ patiẽtia longa malorũ. que verba innuũt exercitio indigere volentẽ fieri vituosũ eũ precipue cuius vocatio militia est. vñ magister sello. Disce re ne cesses. aderũt post semia messes. Post lachrimas risus: post exiliũ padisus. Fle si sola ieiuna si satiari. Da si ditari. serui si vis dñari. vñ tul. in tusculã. qstio. li. i. S recoꝝ inqt pũerbiũ est quã quisq nouit artẽ i hac se exerceat. Erubescãt igitur nobiles pigri ꝛ pusillanimes qbus mos non prelia sed edia seq: nõ irruũt cõtra hostes: sed primis emulãtur. Castra vi nõ capiũt sed remi nas ꝛ puellas violare non metuunt. vitam non exponunt pro reipublice defẽsione sed potius breuiant dies ex gulosa comessatione non petunt naues vt transeant. flumina. sed nauiũ vice odorifera poscũt balnea: non se vento exhibent aut pruine: sed vmbraꝫ domiciliorum sectantur. His etenim modis exercitium militie pretermittunt.

Ca. xxi. de fidelitate militum



Ilitãtibus congruit vt sit fideles. In hoc ei militia fundata est vt nulla fraude vituperetur. vnde in pũer sapiẽtũ dicitur. ꝙ etiã hosti congruit tenere fidẽ. Qui eni fidẽ perdidit nichil potest vltra perdere ꝛ. quintilia. causa. viij. Nõ habet iquit causã loquẽdi cui credi nõ potest: aut cui ablata est omnium verborum fides omnisq sermonis auctoritas. Abscedant igitur hi qui se dicunt nobiles: ꝛ tamẽ fraudibus ꝛ infidelitatibus sua prelia exercent quod promittunt minime tenent. Veruntamẽ tullius primo de officiis. Fundamentum primum iusticie ẽ fides: et seneca ad lucil. epi. lxxxviij. Fides est sanctissimũ humani pectoris bonũ: nulla necessitate ad fallenduꝫ cogitur nullo premio corrũpitur. vñ refert valerius libro quarto capitu. viij. ꝙ cuꝫ fabius captiuos ab hannibale iterposita pactione nummoruꝫ recepisset: ẽt illi a senatu non prestarẽtur: misso in vrbem filio fundũ quẽ vnicũ possidebat vẽdidit: eiusq pciũ hãnibali ptinus numerauit. vñ valer. li. viij. Bone fidei vẽditorẽ nec cõmodorũ spẽ augere: nec icõmodorũ cognitionẽ obseruare oportet ꝛ li. ix. ca. i. Occultũ ꝛ insidiosũ malũ est pfidia cui⁹ efficacissime vires sũt mẽtiri ꝛ fallere. Fructus i aliq cõmisso scelere cõsistit: nepharijsq vinculis circũdat: ꝛ tm̃ icõmodi affert hũano generi ꝙtũ salutis bona fides pstat. Nichilominꝰ teste salustio i. iug. paucꝫ charior fides ꝙ pecunia. Oẽs etenĩ fideles esse honestum est. Illos tamen precipue quorum status militaris: quorũ ꝯvocatio est rempublicam defensare. Nempe tales si fidelitate careãt: nimirum si eorum hostes fidelitatem eis nõ teneant. itaq fidei perditio vtrãq partem pugnantium fugabit: vnam vi: aliam proditione: et sic absq fidelitate nulla fiet defensa: sed vndiq gignetur offensa. Audiui eteniꝫ sepius quoddã genus hominum fidelitate carere. Mirum est igitur cur oppositi milites fidelitatem in eis expectant. Infinitis: nẽpe proditionibus fraudati sunt ab eis in quibus confidere non cessant. vnde tulius in rethorica prima. Summa inquit clementia est in eorum fide spẽ habere: quorum perfidia totiens decept⁹

tis. Heu heu miserum nusquam tuta fides inquit virgilius. iiij. eneidos. et lucanus. Nulla fides regni sociis. et subdit. Nullis credite. et ouidi. li. de ponto. Et cum fortuna statque caditque fides: quia scilicet multi extra manus hostium positi: promissa obseruare contemnunt: Nichilominus nulla grauior infamia. nullum peius infortunium quam infidelitatis habere nomen. Nec sapiens miles tantum odit hostes fideles quantum comilitones infideles: vnde oui. i. de arte amandi. Reddite depositum pietas suas federa seruet. et lucanus li. viij. Ardua quippe fides robustos exigit annos tanquam diceret quod robustus animus fidelis est: sed fragilitatis et nimie iuuentutis est frangere fidem de qua orator libro secundo. Hec est vera fides quam lex comunicatur amoris: medium seque tenebris apparet radiata fides. Fit laurea iustis ex precio quod terror agit: mensuraque virtus crescit in aduersis. que verba nil aliud sonant quam quod nulla ex causa frangenda est fides: sed fidelitas in aduersitate probatur et crescit. Et sicut milites fideliter obseruare debent quod promittunt: ita attendere debent ne captiuis aliquid vi petant quod infidelitatis occasionem exhibere possit. Attendant etiam ne mala occasione quosque inuadant. Nam genus infidelitatis est non solum a promisso recedere: sed etiam friuole aliis insidiari: aut primos preliis emulari. Hesito etiam an titulo prauo pugnantes in hostibus fidelitatem reperire mereantur aut vtrum promissa obseruare teneantur. Sic enim hesito vt quia quicquid arbitrer fidelitatem semper bonam esse atque laudabilem quicquid non vitiosum promittitur iure tenetur. Nichilominus tamen iusto dei iudicio fit: vt qui inique absque ratione preliantur in promissis decipiantur. itaque estimo istos hoc mereri. Difficile est tamen vt credam alios in promissis non teneri vbi promissum vitio caret: vt prefertur. Esto etiam quod conscientia hos non obliget: tamen hoc vult militia vt fidelitatem in omnibus obseruare nolentur. Attendant igitur milites vt iuridice prelia suscipiant. vnde ouidius de arte. Judice me fraudem concessa repellere fraudem: armaque in armatos sumere iura sinunt. et li. sine titulo. Sepe soporatos inuadere proficit hostes scilicet iuridice: et ibidem li. ij. Pugna reluctanti cessat in hoste manus. et. iij. tristium. Pugna suum finem cum iacet hostis habet. Attendat autem miles ne de se nimis confidat etiam si ius habeat. quia teste catho. Victorem a victo superari sepe videmus. et claudianus in maiori. Sepius incaute nocuit victoria turbe. Sit etiam miles animosus in iure suo. iuxta illud ouidii in epistolis. Non faciunt molles ad fera bella manus. Paruum certamen prelia magna mouet. Milites igitur iuri suo ideo faueant fideliterque prelientur: alienoque iuri minime derogent vt infidelitas michi oriatur. Que enim tibi militie gloria si propriam patriam inuadis: si ex ira vel superbia preliari concitaris: aut si proprio opere vicaris aut si maius damnum ex casu quam comodum ex victoria sperare videaris. Nomine enim commodi non solum facultates sed etiam famam et honorem intelligi puto. Nempe aliqui predictis ex causis prelia susceperunt quorum opus iure laudeque caret. quia teste tullio in anthonium omnino nulla causa iusta est cuidam contra propriam patriam pugnare. et idem tullius pro marcello. Iracundia inquit et superbia consilio inimica est: cuius occasione prelia fieri non debent. Rursus in prouerbiis sapientum dicitur: quod bis punitur qui propriis armis perit. Diu ergo preparandum est bellum: vt vincas scelerius. Ceterum suetonius li. vicesimo de duodecim cesaribus. Augustus inquit prelium suscipiendum omnino negabat: nisi maior emolumenti spes quam damni metus ostenderetur. His itaque allegationibus clare patet pugnam iuxta rationem tantummodo assumi debere. Itaque fidelitas non solum

in promisso:sed etiam i aggressum circumspicienda est. Militia autem decus patitur nisi fideliter exerceatur et in milite nil pulcriusest quam fides ei⁹: non solum erga homines:sed et marie attēdere habet:vt sua militia deo subseruiat. Nullus enim miles tantuȝ principi quātū deo tenetur. Attendant igit milites dominis suis fidelesdeo tamē non neglecto debere existere. vnde policratus li.vi.ca.v.dicit quod duo sūt pcipue in milite.scȝ electio ⁊ sacramentū. vt scilicet fedus promissum teneat. Et vegetius loquens de re militari dicit quod tota reipublice salus in hoc cōsistit: vt tyrones scilicet milites non tantum corporibus:sed etiam animis prestantissimi compareāt atque iuramētis suis principibus facta obseruēt. Uerumtamen est quod milites principi tēporali potius quam deo fidem seruant. vnde prochdolor illa solēnis consuetudo inoleuit qua fiebat:vt quilibet miles ipsa die quā miles fiebat ingrederetur ecclesiaȝ atque gladio super altare posito et oblato solēniter iurabat se pro defēsione fidei certare et deo perpetuo famulari. vnde vege.li.iiij.ca.i.narrat quomō milites deo iurare debent: suoque principi per deum scilicȝ de fidelitate seruāda. Narrat etiam tul.i.de offi.ca.xi.quomodo pompilius imperator filiū cathonis ī suo exercitu admittere noluit:nisi prius cum sacramento fidelitatem sibi iuraret. Hec autem omnia dicta sunt.quia fideles scȝ xp̄i milites vsque ad mortem certaredebēt:vt scȝ ecclesiaprotegatur vt legis christiane veritas promulgetur vnde policratus li.vi.ca.vij. Hui⁹ īquit militie est ordinate tueri ecclesiam ⁊ perfidem impugnare sacerdotium: venerari:pauperem defensare:iniuriasplacare. Et si opus est animā ponere vt scilicet de illis verificetur illud prophete Gladij ancipites in manibus eorum. Nunc tamen hominum militia fidem christianam non fouet: sed potius deprimit. Uerumtamen legimus apud antiquos hunc morem fuisse quod scilicȝ milites spolia hostiū dijs cōsecrabant valeri⁹ li.ij.ca.i.de iulio cesare narrat quod prohibuit spoliari tēpla. et ideo per bienniū remāsit iuictus donec presumpsit insurgere cōtra deos atque inuadere templuȝ appollinis. Idē etiā narrat policrat⁹ vbi supra. Itē egisippus narrat quomodo pōpeius nōpermisit spoliari templa. ⁊ ideo sibi pepercit alexāder. Ex his igitur patȝ quod militia ecclesiā debet deffensare. Moderni tamēmilites corā mulieribus de bellis narrāt et coraȝ simplicibus devictoria illustrium militum se iactant nec tamē habēt bellandi vsuȝ vel artē:quia lasciuie potius quam militie intendūt.. Uerūtamē lasciuia milites eneruat:vt docet se.epistola.liiij. vnde ibidē ait quod indurandus est animus militis ⁊blandimentis voluptatū procul abstrahēdus. Nēpe hanibalē induratū niuibus:et laboribus cāpanie fomenta enarrauerūt. Armis inquit vicit.fuit tamēvitijs victus. Attendendū est igitur quomodo gedeon cū trecētis viris qui aquā nō biberūt: sed curuatis genibus diutissime penaȝ sustulerūt victoriā obtinuit. Sic enim milites non involuptatib⁹:sed in laboribusexercere debēt militiā vt tāquaȝ animalia diuisa sunt.inperpetuum signum federis.

Capitulum.xxij. de bellis.

Prelium illicitaoccasiōe susceptum malo iuridice debet fine terminari. vñ augustinus.v.de ciuitate dei.cap.xxij.cōcludit quod bellum nūquam debet fieri sine magna necessitate ⁊ sine iusta causa.nā iudith.v.legit quod alchior alloquēdo oloferne post quam plurima dei beneficia recitauit cōcluditdicēs. Nunc igit domine perquire si est aliq̄ iniq̄tas eorū in cōspectu dei ⁊ ascēdam⁹ad illos quoniā tradēs tradet illos deus eorum ti-

bi. si autem non est offensa populi hui9 coram deo suo: tunc non poterimus resistere ei: quasi diceret. q non est bellandum nisi cum iusta causa: si autem iusta causa fuit nō est timendum vñ numeri xiij. Nolite timere. dominus vobiscum ē. et leuitici. xxvi. Si in preceptis ābulaueris xc. et sequitur. Persequimini inimicos vestros x corruēt corā vobis Nec tamen sufficit vt bellandi causa iusta fuerit. sed etiam vt iusti sint qui preliantur. vnde iosue vij. legitur q pppter peccatū ipsius achor multi de populis fuerunt occisi. Principes igitur sunt i formandi tempore belli. vt dicit eccle. iij. Sed nunc prochdolor videmus aut prelia sine iusta cā fieri. aut ab iniustis personis bella cōpleri. atq modernorum dominia in tyrannidā mutata sūt nec dominātur vt foueat sed vt spoliare studeant. Attendamus eni illud iob. lv. Numerus annorum incertus est tyrānidis eius. quia scilicet dominium tyranorum breue est et casum de iure postulat qn̄ īmo signum maximum perditionis est dominij quando pricipes ad tyranniam inclinantur: aut suos officiales tyrānizare pmittunt. ideo eccle. x. dicitur. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniusticias. et cōtumelias et diuersos dolos vt patet de saule. i. regum xij. Quapropter quicunq tyrannus est de periclitatione dominij sui formidare habet. Ille autem est tyrannus qui est rex iniustus. vt ponit augustinus. ij de ciui. dei. ca. xx. x aristo. viij. ethicorum ponens differentiam inter regem et tyrannum dicit q tyrannus est qui comodum proprium intendit. Rex autē dicitur q subditorum querit vtilitatem. vnde in prouer. xxviij. Leo rugiens et vrsus esuriens princeps impius super populū pauperem: dux ingens prudentia multos opprimit per calumniam. de quibus isaie pmo dicitur. Principes tui infideles socij furum omnes diligūt munera. vnde seneca iiij. de naturalibus questio. capitulo. i. Potius inqt decet deorum opera celebrare q philippi aut alexandri latrocinia. nec precipuū est i rebus humanis classibus mare transire seu emulorum iniurias subegisse. Nulla inquit maior est victoria q vitia domuisse: qr innumerabiles sunt q vrbes et populos habuerūt in sua potestate: sed paucissimi peccatis caruerūt. Nūc tamē principes vitia domare nō curāt sed omni tyrannia preintenta subditorum vtilitatē atq virtutū acquisitionē pretermittunt: nec bella intercipiunt vt iusticiam foueant: sed potius vt suis pōpis x iactantijs satisfacere queāt. Tales enim non reges sed tyranni sunt: qr non auersarios sed subditos inuadere petunt de quibus poli. lib. viij. ca. i. dicit q tyranni sunt qui non legibus sed proprio arbitrio imperant. Reges autem sunt qui pprium arbitrium legib9 submittunt. x idē policratus libro. iij. concludit q tyrannū occidere iustum x equū est. vnde tul. iij. de officijs. ca. vij. Nulla est inquit nobis societas cum tyrannis: sed poti9 summa distictio Neq enim contra naturam est tyrannū spoliare si possis: sed etiam necare ē honestum. Etenim mēbra amputanda sunt si sanguine x spiritu careāt ne ceteris membris noceant. Illa igitur infirma hominum feritas: x inhumanitas a communitate segreganda est ne subditam plebem contaminare posset.

Capitulum vigesimum tertium de regimine militum.

Militia psperari neqt vbi nulla virtus. vbi sens9 nō habitat. vñ romani teste policrato li. vi. capit. vij. Preualuerūt aduers9 multitudini gallorū pceritatē germanorum vires hispanorū: dolos afrorum: x hoc p felicitatē x sapiētiā. Sic etiam p fidē atq veritatis studium quecunq peccatorum contagia

subiugare poterimus. vñ q̄tū ex narrationibus colligitur milites oli poti⁹ ingenio ꝛ sapiētia preualuerūt q̄ viribus corporis. sic pariter in via morum potius est incedendū ꝰm sapiētiā christiane legis q̄ ꝰm vires corporis. Nā sicut in geñ legitur. Esau in viribus corporis erat fortior iacob. et tñ ab ipso scꝫ iacob esau subplātatus fuit. Non igit̃ viribus ꝓpriis cōfidendū sed i sapiētia legis meditādū est: vt scꝫ nō nobis sed scripture sacre consilijs acquiescamus. in qua thesauri sapiētie abscōditi sūt. vñ pōpeius. li. xi. narrat q̄ alexander a patre suo exiguā militiā accepit. Verūtamē doctā ꝛ i prelijs assuetā erat. ꝛ ideo ipā mediāte inumerabiles hostes suppressit. sic etiā duꝫ nascimur modicā militiā ꝛ modicas virtutes accipimus: si tamen in fide instruamur ꝛ in bonis operib⁹ exercitemur cōtra hostes ꝓualebim⁹. vñ vege. li. iiij. c. i. narrat q̄ assita licet nauiū vsu nō indigeret ne tñ milites torperēt: iussit naues edificari: ꝛ milites ibidē exercitari: ꝛ sic nunq̄ ociosi esse debem⁹ ne carnis desideria succūbere nos faciāt. Plures tñ nos exercitiū bonoꝝ sed maloꝝ frequētant. nichilominꝰ tñ narrat vege. vbi supra qualiter catho suis militib⁹ precepit vt rapinas non facerēt sub pena abscisionis dextre manus q: inq̄t militi te ꝓdari nō licet. Insup li. de vita cesaris exēplū satis cōforme legitur. Nō debem⁹ igit̃ in prauis sed i bonis ꝛ licitis operib⁹ exercitari atq̄ nō de ꝓprio sensu: sꝫ de cōsilio sacre scripture cōfidere tenemur. vñ narrat vale. li. ij. c. ij. q̄ disciplia militaris romano iperio multarū vrbiū dñationē regnorū et gētiuꝫ regimē largita est. Simus igit̃ sapientes qm̄ vita hominis militia super terrā. Dicit ei policra. li. vi. c. viij. q̄ militū vocatio est vt nō ꝑmittāt. R. P. egere. aut perire. Nō sūt ergo milites qui propriā aīam peccatis dānari permittūt: vñ egisippus li. v. allegat dictū titi dicentis q̄ in exercitu non soluꝫ req̄rit̃ virtus corporis sed etiaꝫ mētis: nec cōtra hostem fortitudo sed discipline norma. nec scilicet miles sit crudelis vl̄ impius: aut ne prede potius q̄ victorie sit intentus. vnde luce iij. Militibus dicitur: contenti estote stipendijs vestris: ꝛ est verbū beati iohānis baptiste. Plures autem huius tp̄is viri se iactāt nobiles indeq̄ superbiunt et alios contēnunt. ceterosq̄ rusticos nuncupant. et tñ ipsi qui talia frequēter dicunt vilissimis operibus suam nobilitatem ostendunt: ꝛ cum alijs iniuriantur se ignobiles attestantur. Utinam attenderūt illud iob. xxxi. Nunquid nō in vtero se fecit me qui ꝛ illum. super quo greg. primo moraliū ca. xxi. Omnes inquit homines natura fecit equales. De nobilibus inquit ꝓpheta ozee. ix. Gloria eorum ab vtero et partu. et boetius. iij. de cōsolationē. c. vi. O inquit q̄ inane et q̄ inutile q̄s videat. Et declarat ibidem qualiter nobilitas nō est nisi laus parentum: nec debet aliquis gloriari de laude aliena. vnde hieronym⁹ ep̄la c. iij. Non est inquit gloriandū de nobilitate carnis: quia nec virtutes nec vitia parentum imponēda sunt filijs nisi supple fuerint imitatores parentum. ꝛ chrisostomus super matheum omelia. v. Nobilitas inquit seu bonitas parētum non valet nisi fuerimus nos ipsi boni. ꝛ omelia. xlix. concludit q̄ non valet habere iob in patrem sine operib⁹ iob ꝛ omelia. xix. sic ait. Nichil inq̄t ꝓdest malis bonitas parentū: et nichil obest bonis malicia. Et eniꝫ illi non sunt nobiles quia splendore parentum recesserunt sordibus et nequitijs vacantes: vt declarat valerius libro. iij. capit. v. Quāobrē d̄ tali nobilitate iuuenal̄ dicebat. Omne animi vitiū tāto cōspectius in se crimē habet: quāto qui peccat maior habetur. Nam ille nobilis est qui virtutibus claret: vt ait seneca epistola. xlv. Nam talis nobilitas donum

nature est. nec debet exinde quis gloriari quin imo debet quisque tanto esse humilior ex munere quanto se obligatione esse conspicit in reddenda ratione: ut inquit gre. li. i. omel. ix et apl's cori. iiij. Quid inquit habes quod non accepisti: si aut accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? ideo hiere. ix. dr. Non glorietur sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine sua. Ea enim que natura dedit nec laudem nec vituperium faciunt sed ea solummodo que libere contrahuntur et fiunt. ideo apl's. i. ad cori. xi. dicebat. Gloria enim nostra hec est: testimonium conscientie nostre quasi dicat quod non ex naturalibus debemus gloriari: sed ex moribus seu propriis operibus.

¶ Finit liber nonus.

¶ Incipit. x. in quo tractatur de diversis statibus viventium sub principe et habet. xvij. ca. cuius primum est de divitibus et eorum statu.



Tali sectantur avariciam virtutibus ut plurimum non intendunt sed quid prosunt divitie si virtutes non habeantur. Narrat enim val. li. iij. quod scipio omnia temporalia post ponens virtutes pretulit. unde cum ipse apud se natum romanorum accusaretur: ipse respondit. Cum ego inquit africam vobis subegissem: nil aliud exinde nisi cognomen portavi quod scilicet fuit dictus scipio africanus eo quod africam romanis subiecerat. et in statu subdit. Locupletior inquit sum invidia quam pecunia quia scilicet homines invidebant plus virtutibus quam pecuniis suis: quia etiam virtutes querebat potius quam divitias. Sicut enim dicitur prover. xv. Conturbat domum suam qui sectatur avariciam et prover. xxviij. Qui odit avaritiam longi fient dies eius. Narrat enim vale. li. v. quod consules romani in tantum pauperes erant quod dum morerentur liberis suis nichil relinquebant, unde senatus romanorum eorum liberis providere consueuit. Insuper li. ij. de nugis philosophorum de artagogle legitur quod aurum tanquam fictilia spreuit. unde dicebat quod prestantius est fulgere moribus quam rebus. Ipse enim ut ibidem dicitur. Rex cecilie fuit et hoc per fortunam: quia pater suus figulus fuerat: et ideo vasis fictilibus semper utebatur. unde dicebat. Non debeo propter fortunam meam negare naturam meam. ceterum vale. li. iiij. c. ij. de. Q. tuberone narrat quod licet ditissimus esset fictilibus semper utebatur dicens quod maior est thesaurus continentie quam pecunie. unde cum sibi munera presentarentur ipse respondit. Referte inquit thesaurum vestrum et meum relinquite. Ipse enim noverat illud prime ad corinthi. v. quoniam avari regnum dei non possidebunt. Insuper vale. li. iiij. ca. iij. de. M. curio narrat quod fuit abstinentie norma et spectaculum fortitudinis romanorum. Ipse enim in humili disco comedebat: atque in domo exigua morabatur. De foris igitur samnitum legati venerant sperantes propter suam inopiam muneribus eum posse corrumpere magnum pondus auri publice missum sibi offerentes: sed non prevaluerunt. unde respondisse fertur. Malo inquit locupletibus imperare quam locuples fieri. Munera inquit vestra refertote et mementote me nec acie vinci nec pecunia corrumpi posse. Attendebat enim illud apl'i ad ephe. v. Scitote intelligentes quoniam omnis avarus non habet hereditatem in regno dei: quoniam avaritia est idolorum servitus. Nunc tamen illud isa. vi. verificatur. Omnes inquit in viam suam declinaverunt unusquisque ad avaritiam suam. et tanquam desperantes semetipsos tradiderunt in avaritiam. ad ephe. iiij. Attendamus igitur facultatum abundantiam amicam esse avaritie: pacisque inimicam. Nam abraham et loth fuerunt divisi: quia substantia eorum erat multa. unde augu: sermone. lv. Difficile inquit est habere divitias et non amare ipsas ideo periculose sunt suis possesso

ribus. Quaobrem xps suis discipulis math.xviij. dicebat. Si vis esse pfect9 vade z vende oia que habes z da pauperibus: qm facilius est camelu pfora men acus transire: q diuite intrare in regnu celoru. vn sapie.v. Quid vobis pfuit supbia quid diuitiaru iactatia. z sequitur. Transierunt oia tanq vmbra. ideo seneca sic dicebat. Non est inquit homo estimadus vel reputandus ex his que fortuna dedit. vn abacuch. ij. Ve ei qui multiplicat non sua. Vsqz quo aggrauat cotra se densum lutuz z hierony.epla. xcvij. Ois inquit diues iniquus aut inquit heres est. z prima ad thi.v. Qui amat diuitias fructum no capiet ex eis. quapropter gregori. xviij.moraliu. Diu inquit cu rebus nostris durare no possumus: qr illas aut moriedo deserimus: aut ille nos viuentes quasi pereundo deserent qm diues cu dormierit nichil secu aufert vt dicit iob.xxvij. vn luce.vi. Ve vobis diuitibus qui habetis hic consolationes vestras. vn augu. de verbis dni sermone xij. sic dicebat. Quid prodest plena bonis archa inanis conscientia donavis habere z bonus non vis esse. Erubescere debes de bonis tuis si domus plena est bonis z te habet malu. Na teste seneca epistola.vij Munera fortune sut insidie: et epistola.xl. Segetem nimia vbertas sfreuit: rami onere franguntur: ad maturitatez no peruenit nimia fecunditas. vnde gregorius registro. iij. Omnia inquit in hoc mundo mutabilitatis ordo corrumpit. Non igitur i prosperis eleuari neci aduersis turbari debemus: sed aduersitatis memoria tanq humilitatis anchoram in mente teneamus quoniaz sicut dicitur pver. primo. Prosperitas stultoru pdet eos vnde augusti. epistola.lxxxi. Mundus est periculosior bladus q molestus qr scilicet in abundantia temporalium timenduz est: ne cupiditas seducat: quia sicut dicit gregori morali.xviij. Prosperitas gressus obliquat vt vix ad bona redire possint. Quaobrez aug. epla l. concludit q nichil est infelicius felicitate peccatium: quia scilicet felicitate penalis nutritur iniquitas z mala volutas velut hostis interior roboratur. z subdit. Si inquit deus pmittit pollere iniquos in psperitate tunc indignatur grauius si delicta impunita dimittantur. quapropter sene.ij. de puidentia ait q nichil est ifelicius eo cui nuq accidit aliqd aduersi. Et ponit ibi exeplu de regulo qui scdm quantitate tormetoru maiore gloria habuit. vn grego.morali.vi. Quasi iquit per amena prata ad carcere venit qui per presentis vite pspera ad iterritu currit. Ideo iob.xviij. Precipitabat eu cosiliu suu scz mudane psperitatis. vn sene.epla. xxxvij. Res inquieta felicitas que aim exagitat mouet cerebru z de vno genere ad aliud irritat quosda p superbia: alios per luxuria illos iflat alios mollit. Quamobre vale.li.vij.ca.ij. narrat dictu solonis dicetis. Nimine du viueret beatum dici debere: q ad vltimum vsqz fati diem anticipi fortue subiecti essemus. Ibide etia narrat qualiter anaragoras cuida quereti quis beatus esset: respodit. Nemo iquit beatus est ex his quos tu felices existimas sed eu in illo numero reperies qui a te ex miseris costare creditur non erit ille diuitijs z honoribus abundans: sed exigui ruris aut no ambitiose doctrie fidelis nec pertinax cultor in secessu q i fronte beatior: quasi dicat q bona temporalia nullu faciunt beatu. Attedendu est eni q multi diuites fueru qui postmodu corrueru sicut de pluribus narrat valeri9.li.vi.ca.vlti. sicut de grasso q locupletissimus fuit: z postmodum ad tata iopia deuenit vt bona eius a creditoribus: qr solidu prestare no poterat vedebatur. Ibidez etia narrat de. Q. cepio qui preture splédore z triumphi claritate cosulatus decore maximi pos

tificis sacerdotio vt senatus patronus dicitur assecutus i publicis vinculis spiritū deposuit: corpusq̃ eius funesti carnificis manibus laceratū i scalis gemonijs iacēs magno cū horrore totius fori romani cōspectū est. De tp̄alib⁹ igit̄ nō est curādū se gloriādo. vn̄ augu. de verbis d̄ñi i. sermone. xiij. Magne inq̄t virtutis est cum felicitate tp̄ali luctari ne alliciat ne corruptiōe subuertat. vn̄ ap̄lus ad philip. iiij. In oīb⁹ īst tut⁹ sū scio humiliari ⁊ abūdare. sup quo gre. sup eze. li. ij. omel. vij. Magna inq̄t est ars ⁊ mire scientie disciplina: atq̄ toto cordis visu discēda sc̄z scire sustinere p̄sperā ⁊ aduersa. idē sene. de p̄uidētia. Fugite iq̄t delicias: fugite eneruātē felicitatē qua aīmi madescūt: ⁊ si excesserit p̄iculosissima est atq̄ mētes ad imaginatiōes vanas euocat. Cur igit̄ cōfidūt hoīes i virtute sua ⁊ i multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Capitulū secundū de pauperibus et eorum statu.

Paupertas de se mala non est: sed pauperes q̄nq̃ mali: ⁊ quod optimum est celum sc̄z paupertate poti⁹ emitur q̄ diuitijs. vn̄ iacobi. i. dr̄. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo. Nam desiderium pauperum exaudit dn̄s. inq̄t propheta. Narrat enim gre. circa finem sui dialogi qualiter ipse p̄hibuit ne fratres sui accederēt ad quēdam religiosū in morte. p̄hibuit etiā ne ipsū sepelirēt: ideo q̄ ipso viuēte habuit tres aureos quos iussit p̄ijci sup eū i detestatiōnē sue cupiditatis. O q̄nta diffidentia si credas egere aut perire dū eterno regi famularis. Nonne q̄ omnes habet thesauros te ditare potest: ipse signanter qui liberalissim⁹ qui potētissim⁹ qui oīa nouit quib⁹ indigere potes. vn̄ math. v. Beati pauperes spiritu: qui sc̄z veram in spiritu habent humilitatē atq̃ sufficiētiam. vn̄ greg. in dialogo lib. i. ca. xvij. Parū prodest paupertas nisi affuerit humilitas: q̄m pauperem superbū odit deus. ⁊ alibi dicitur. Quoniā pauper est nō qui minus habet sed qui plus cupit. Ex quo patet q̄ vera paupertas spiritū humilem et saciatum reddit. Si igitur satiari omnes appetimus cur verā paupertatē abdicamus. Narrant eni͂ naturales q̄ seruus licet sitiat. tamē nō bibit quousq̃ plenitudinē aque inueniat ex qua possit satiari. Cur igitur de torrēte huius caducitatis potamus: curi tēporaliū acquisitione sollicitamur. Expectemus illam plenitudinē glorie celestis: in qua satiari valeamus: quoniā omnes hui⁹ seculi fontes ⁊ flumina nō nisi amaritudo sunt. vnde apostoli mathe. xviij. dicebant. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te: quoniā apud te est fons vite: et in lumine tuo vidibimus lumen. Nunquid experimur q̄ omnis auarus sitit. et hoc non immerito: quia auaritia calor ē qui sitire facit quam dij infernales seminātipsi qui ignibus atrocissimis vruntur nam vt predixi. Omnis auaritia idolorum seruitus est. Consideremus enim illud quod valerius narrat libro quarto capitulo tertio de fabritio: qui refutauit aurum ⁊ argentum sibi missum. Item diogenes omnia spreuit. teste etiam seneca libro de prouidentia. Democritus diuitias p̄iecit tanq̄ onerosas. Libro etiam de tranquillitate animi narrat de quodam qui cum omnia sua perdidisset: gaudens etiā dicebat. Iubet inquit fortuna expeditius philosophari. vnde libro secūdo. de vitis patrum legitur q̄ thesaurus monachi est volūtaria paup̄tas. Et de quodā ibi legit̄ q̄ vēdidit euāgeliū vt pauperibus succurreret dicens. Verbum inq̄t vendidi quod iubet oīa vēdi ⁊ dari pauperibus. His ergo verbis patet paup̄tatē merito esse tolerādā: mūdeq̃ diuiti-

as cōtēnādas fore. vñ narrat hie. epl'a xxxv. q chrates thebanus homo quondā ditissim⁹ cū ad philosophādū athenas pgeret magnū pōdus auri abiecit qz nō putauit se simul diuitias τ virtutes posse posidere. Insuper idē hiero. epl'a. xvi. de quodā philosopho recitat q multarū possessionū pciū i pelag⁹ pjecit dicēs. Abitte i profūdū maris mala enī vos submergere q̄ ego submergar a vobis. Ecce igit qualiter sapiētes hi mūdanā dulcedinē tanq̄ amaritudinē spreuerūt. quinimo in hoc solū putabāt ditari cū in diuitijs cor nō apposuerat naz de fabrico narrat vale. li. iiij. ca. iij. q locupletē τ diuitē faciebat ipsū nō multa possessio sz modicū desiderijū. Solas enī virtutē diuitias putauit. Insuper de zenone philosopho narrat. A gelli⁹ q oia tēporalia cōtēpsit. qz cū fortunā suā bonā semel pdidisset dicebat. O inqt felix fortuna que me iubet letius philosophari. hoc idem narrat seneca libro de tranquilitate animi Et tul. libro de tusculanis questio. Ecce patet quomodo felix est leta paupertas. Qui autē volūt diuites fieri incidūt in laqueū diaboli: et desideria multa iuxta apostolum. Attendamus eniz illud isay. xliiij. Elegi te i camino paupertatis: qz scz in mundo ad paupertatem voluntariam vocati sumus vt scz nil cupiamus vt habeamus. sed solum habeamus vt viuamus. vnde chrisosto super math. omelia. iiij. Paupertas inquit est caminus qui calidior est igne. Sicut enim eger non debet grauari de medicamēto: nec qui purgādus est purgamēto: sic paup de paupertate non grauatur. ideo thobi. iiij. ca. dicebat. Fili mi pauperē vitā gerim⁹. sed multa bona habebimus si timuerim⁹ deū. vnde seneca episto. ij. Honesta inquit res est leta paupertas: nec est paupertas nisi leta sit. Nam qui cuz paupertate bene cōuenit: diues est nec paup est qui parum habet: sed qui plus cupit. Et gre. super ezechi. li. ij. omelia. vi. ille inquit pauper ē qui appetit qđ nō habet q̄ tñ non habet nec habere petit: diues est. Ideo sapiē. prouer. xiij. dicebat. est q̄si diues cuz nichil habet quasi dicat: q diues esse potest qui nichil appetit: licet etiā nichil habeat. Quāobrē greg. vbi supra: paupertas inqt ē iopia mentis nec consistit in qualitate possessoris. Tamē tādū ē tamē nūc q qlibet studet esse filius pcuratoris: scilz hui⁹ mūdi. omnes enī auaritie studēt: τ tñ diuitie cōseruate sūt in malū dñi sui: atqz pereūt in afflictione sua vt dr eccl'asti. v. Qm̄ aug. li. cōfessi. recitat: q trāsiēs pvicū vidit quēdā paupem hilarē et letū. τ igemuit. suisqz socijs dixit. oib⁹ inqt conatib⁹ laboramus vt ad securā letitiā puenire possum⁹. in hoc tamē paupiste nos precessit. Et subdit augustinus ille letabatur: ego eram anxius securus ille ego trepidus. Unde poeta: o vere tuta facultas pauperis āgustiqz laris omunera nondum intellecta dei. Unde mathei. v. dicitur beati pauperes spiritu. Et isaie. xlix. pauperum suorū miserebitur. Ut igitur heredes simus nō mūdo sed christo nascamur vt simus filij τ heredes. nec queramus diuitias terre sed gratie τ glorie dei. qm̄ vt dicit ysa. xxxij. diuitie salutis sapiētia. sciētia timor dñi ipē ē thesaur⁹ ei⁹. Ideo greg. moralium. xxij. minus inquit inops est qui vestem non habet. q̄ qui humilitatē. et ideo odibilis deo pauper supbus ecclesiastici. xxxv. Rationabiliter igit concludit augustinus quinto de ciuitate dei capitulo decimooctauo q ipse deus est opulentia mentium: et sua plenitudine homines facit felices. Eius igitur diuitie sunt appetende. quoniam gloria et diuitie in domo eius. iuxta pphetam Heu si attenderemus q̄ta mala diuitiarum occasione fiunt: q̄tusqz dolor ipsarum gignitur occasione paupertatem opibus preponeremus. Nūquid absalon per capillos suspensus

est vt dr.ij.regū ca.xviij.sic enī diuitiarū amatores in ipsis suspēdūtur ⁊ peeūt Etei attēdere deberēt vba apostoli ad philippenses.iij. dicentis oīa propter christū detrimētū feci.⁊ arbitror vt ster cora vt christū lucrifaciā.qm̄ nō proderunt diuitie in die vltionis vt dicitur ꝓuer.xi. Unde horatius ī suis ep̄lis epi. xij.sic dicebat. Sic rectus fueris:non ē vt copia maior. A ioue donari possit tibi:tolle querelas. Pauper enim non ē cui rerū suppetit vsꝰ.si ventri bn̄ est si lateribꝰ pedibusqꝫ tuis nil diuitie maiꝰ regales addere possunt. Itē seneca li. de remedijs fortune sic dicebat.paupertas inquit michi grauis est: ⁊ respōdet sed tu paupertati:quia non in paupertate vicium:sed in pauepere. Illa q̄dā hylaris ⁊ tuta. vnde iuuena. Cantabit vacuus coraꝫ latrone viator.quāobrē augustinus li. de verbis apostoli sermone.xxxvij.sic paupertatem suadet. Nō inquit displiceat tibi paupertas tua:qꝛ nichil ea ditius inuenire potes vis cognoscere ꝙ locuples sit qui celuꝫ emit. Unde igitur quibus thesauris conferri possit ꝙ paupertati videmus indultum. Nempe vt ad regnum celorū ꝑueniret diues possessione sua obtinere nō potuit hec ille. vn̄ isa.xxix. Pauperes homines in sācto israhel exultabunt ⁊ propheta sic dicebat. Tibi derelictus ē pauper orphano tu eris adiutor.⁊ luce p̄io dicit̄ ꝙ diuites dimisit īanes. Nā vere sūt inanes eorūqꝫ spes vana est eo ꝙ pre confidentia diuitiarum salutis eterne gl̄iam adipisci ꝑtermittūt atqꝫ se putant a deo:haberi odio si eorum facultates ab eis tollāt̄. q̄dꝰ tn̄ seducūtur. Fingit etiā seneca in suis declamationibꝰ ꝙ ciuitas oli erat in qua lex fuit posita:vt nullus alienuꝫ caperet aut damnificaret.quod si q̄s faceret atrocissimis puniendus erat verberibus. Contigit igitur vt vir quidam desparatus laqueo se suspendit q̄d videns alius sibi cōpatiēs laqueuꝫ gladio scidit ne ille moreretetur. Ille autē qui se suspēderat coram iudice veniens querelam fecit cur ille laqueum sibi damnificasset. O q̄ta insania de laqueo fracto cōqueritur ⁊ de vita recuperata et obseruata non letatur. Sic eni plures ī suis diuitijs se suspendunt.et mortem eternam propter ipsas incurrunt. ⁊ si deus eorum facultates minuat:ipsi tūc conqueruntur et deum eis odiosum arbitrantur.ecce quanta stultitia. Nam de terrena substantia querelam faciunt ⁊ vite eterne felicitatem quā propter diuitias ꝑdebant non plangunt. Ea propter beatus iacobus in sua epistola.c. ij.dicebat. Nonne deꝰ elegit pauperes in hoc mundo vt nos faceret diuites ī fide et coheredes regni quod promisit deus diligentibus se.

¶ Capi.tertiū de mercatoribus



Mercantia fideliter fieri debet.nec ꝑtextu vēditionis aut emptionis fraus ī primum dꝫ excogitari.nec vsura tractari. vn̄ exodi. xxij. Nec vsuris opprimes eū sclꝫ proximum.et leui.xxv. Pecuniam tuā non dabis ad vsuram.et luce vi. Mutuum dantes nichil inde sperantes.ideo propheta dicit. Qui pecuniā suā nō dedit ad vsurā. vnde ambrosi.iij.de offi. Cur inq̄t ad fraudē ꝯuertis nature idustriā cur affectas iopiā ꝑmi cur optari facis paupibus sterilitatē ⁊ cur exploras quando tempꝰ sterile erit. Hanc vocas industriā q̄ est fraudis astutia et quod vocas remediū latrocinio cōiunctū est Nu nq̄d iudeis prohibitū fuit ne fratribꝰ suis accōmodarēt ad vsurā. deutro. xvi. vn̄ au. ep̄la.xxxvi. Quid dicam de vsuris:nisi qꝛ crudelior est q̄ substātiaꝫ subtrahit diuiti:ꝙ qui fenore trucidat pauperē. Itē chriso.sup mathe.omel. v. Nichil iq̄t vsura turpiꝰ nichil tā crudeliꝰ. Nā vsurarius lucrū suū aduersitatē alteriꝰ facit. Insup tul.li.i.de tus

culanis q̄önibus cathoni quereñti quid expedit faciēdū in re familiari: respondit. Bene p̄ascere: bene vestire: bene arare &c. Sed cū quereret an liceret fenerari: scilicz ad vsurā cōcedere: respōdit. Quid est inq̄t hominem occidere: quasi dicat q̄ fenerari idez est q̄ hoīem occidere. Cōmemorem⁹ enī historiā q̄ habet in historia tripartita li.i. de spiridiano epō. qui pauperib⁹ mutuabat triticū. Solebat tñ vt tēpore ꝓsperitatis quod acceperūt restituerēt vt alijs paupibus subuenirēt. Accidit tamē q̄ quidā mutuo sēper accipiebat ⁊ nunq̄ reportabat: sed cū semel ad epm venisset: vt triticū acciperet dixit ei eps. vade ⁊ accipe. ille autē abijt: sed cū in horreo nichil inuenisset episcopo retulit: cui episcop⁹. Mirū inq̄t q̄ tu sol⁹ horreū vacuū inueneris. ⁊ tūc ille cōfess⁹ ē delictuz totuz ꝙ restituit. Non igitur indebite acq̄renda est. primorū substātia. a potiori rōne frater fratrem vēdere non debet. qm̄ qui vēdiderit fratrez suum sui sāguinis immemor est. Attēdāt igitur mercatores vt feliciter i sua vocatione procedāt. vnde prouer. xx. Abhominatio est apud deum pondus iniquū ⁊ statera dolosa. vnde michee. vi. Adhuc ignis in domo ipij: thesaurique iniquitatis ⁊ mensura minor ire plena ⁊ subditur. Nunquid iustificabo stateram impiam et pondera dolosa: in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate habitatores in ea loquebantur mendaciuz et lingua eorum fraudata i ore eorum. Qua propter dominus leuiti. xix. Precipiebat fidelitatē mercantiarum dicens. Statera iusta et equa sint pondera et iustus modius equusque sextarius. Inquirit tamē tullius li.iij. de officijs. c.xij. An liceat vēditori rei quā vendit vitia promulgare. vnde narrat ibidem disputationem dyogenis ⁊ antipatris sui discipuli. Nam dyogenes sic dicebat. Quid stultius q̄ vēditorez vitia rei quam vendit narrare: seu tanquam preco dicere domum pestilentez vendo. In contrariuz tamen antipater sic dicebat nisi vitia narrat improbe facit et proximū decipit. Concludit ergo tullius q̄ non boni viri sed fallacis est vitia rei celare vendendo. Naz dyogenem defendit vtilitas. sed antipatrem profert honestas Qñ narrat ibi exēplū de phithio qui cum intellexisset. C. cānius vellet ortum suū emere fecit piscatores ante suum ortū venire cuz nauiculis et tubis et pisces alibi capi os afferri ac si ibidem capti essēt quod videns cānius carius emit ortum sz i crastinum piscatores nullos reperit quin imo audiuit nūq̄ pisces ibi captos solitū fuisse ⁊ ita deceptus est: ⁊ ideo eccl'astici. xxxi. dicitur cum negociatore ⁊ cū emptore tracta dirigendos eo.


Capitulum quartū de seruis et laboratoribus.



Legimus primo reguz quomodo ioab licet victor esset: noluit tamen capere vrbem. vt victori non sibi sz domino suo ascriberet. Sic etenī apud gentiles suis dominis serui fideles fuerūt sicut narrat valer. li.vi.c.viij. Idē etiam habet li. de vita cesaris q̄ scilicet quidem seruus cesaris ab anthonio fuit capt⁹ qui cesaris inimicus erat vt tamen seru⁹ ille cesarē abnegaret: tūc seruitia vl' beneficia nūc supplicia exhibebat: sed nichilominus seruus constanter dicebat. Iube inquit me iugulari. qr nec salutis beneficio. nec mortis supplicio cesaris miles esse desinam aut tuus esse incipiā. Gratia cuius cōstātie dictus seruus apud antoniū incolumitatē impetrauit. ibidem narratur de quodam alio qui poti⁹ voluit mori q̄ a suo domino separari. vnde scipio salutē ei presentabat dū vellet pompeio famulari. seruus autē respondit. Gratias inquit tibi ago qr grande seruitium offers. Nulla tamē

ratione deseram dñm meum. Milites igitur christiani xp̄m nulla ex causa debent deserere ꝛ alteri scilicet mūdo vel mammone famulari. vnde apostolus. romana. viij. dicebat. Quis sepabit nos a charitate christi quasi dicat nullus. Insuper vale .li.vi.ca.viij.narrat de seruo panopionisqui cū vidisset aliquos esse deputatos. vt dominum suū occiderēt ipse cū dño suo vestem ꝛ anulū cōmutauit: ꝛ loco panopionis interfici voluit. Cōforme etiā ibidez habet exēplum de seruo antonij qui mirāda supplicia ꝓ suo dño tolerare voluit. Itē sene. de bñ. ca.xiiij.narrat similem historiā pallegate historie scdm valeri. Narrat insup de quodam seruo ꝗ dño suo incarcerato venenū petēti obedire cupiēs loco veneni medicamēobtulit. ꝛ deinde suo dño veniā impetrauit. Ceterū pōpei⁹ li.iiij.narrat ꝙ anaxillaos filios suos reliquit paruos sub tutela serui sui spectate fidei quē tantūdilexit vt ei⁹ amor quasi filialē p̄celleret amorē.ideo propheta nos amonet dicens. Seruite domino in timore et exultate ei cum rremore.qm̄ seruus qui scit voluntatē domini sui : ꝛ non facit plagis vapulabit mulis vt habetur luce. xij. Nunc tamē seruorum viget īfidelitas quia nec deo nec hominib⁹ fideliter famulantur. Nam qui peccatis seruiunt deo famulatuz non im pendunt. Tales enim sunt similes seruo de quo narrat pōpeius li.x.viij. Narrat enim ꝙ cum aliqui serui victores fuissēt: ordinauerunt inter se: vt inter domios suos ille rex esset qui primo solis splendorē mane videret qua ordinatione facta seru⁹ cuiusdā qui strato dicebatur suo domino su asit: vt versus occidentē intueret itaqꝫ dies magna extitit ꝛ fulgorem ille nō videbat. Huius tñ fraudis cognitione habita strato fuit rex fact⁹. Sic enim multi suos dominos seducunt: ꝛ per adulationes impediunt ne videant orientem. scilicet ne veritatem agnoscant et suadent intuitum occidentis.s. opera tenebrarum. Non sic igitur sed ī xp̄m famulādū est. vnde mathei. xxij. dicitur. Reddite que sunt cesaris cesari. et que sunt dei deo. quia q̄cūqꝫ seruitia humana ī christi nomine compleri debent: atqꝫ ipsorum o ccasione diuina opera non debēt ꝑtermiti. vnde vale. li.iij.ca.iij. narrat quomodo seru⁹ quidā barbarus subito interfecit astrubulem eo ꝙ dominū suū interfecerat. ꝛ cū ratione homicidij vehemēter cruciaretur. nichilominus leticiā quam ex vindicta ceperat in ore constantissime retinuit. sic etiaz ꝓ offensa nominis christi certare debem⁹ atqꝫ blasphamātes seu emulātes suo nomini saniscorrectionibus et cōsilijs inuad ere debemus. vnde ecclesiastici. x. In cogitatione tua rege non detrahas. Idem apostolus ad ephe. vi. Serui obedite dominis carnalibus cū timore ꝛ tremore in simplicitate cordis. sꝫ fortassis plurimi se putāt infelices eo ꝙ aliorū sūt serui: alij quoqꝫ qui dominantur eis famulantes despiciunt. Utinā vtriusqꝫ conditiones homines attēdant qm̄ nec famulari dedecꝰ est nec dominari fastus eē debet.

Capitulum quintum de peregrinatione.




Vita presens ē quasi q̄ddam peregrinagiū ob hoc status peregrinorum est laudabilis dummodo recta intentione peregrinari discāt Queso igitur vt veterum peregrinationes commemoremus. Attendam⁹ enī quoniā sicut dicit gen. xij. Abrahā terrā ꝓpriā atqꝫ cognitionē dimisit ꝛ admādatū dñi ad alienā terram ꝓfect⁹ ē. quapropt benéditionē dei promeruit. Sic eni vir christian⁹ relinquere debet domum propriam scilicet proprias voluntatem ꝛ quousqꝫ amicos ꝛ parētes: vt dominico p̄cepto obediat. nam christus dicit qui non odit patrez ꝛ ma

trem adhuc autē ⁊ aīam suā nō potest me⁹ esse discipul⁹. sed que est terra ad quā ꝓficisci debem⁹ nisi celestis glīa. In cui⁹ spe tanq̄ fideles peregrini viuere debemus: qm̄ teste apostolo. Nō habemus hic ciuitatē manentē sed futurā inq̄rimus. Sed q̄d est ꝙ abraham altare dn̄o edificauit: nisi ꝙ fideles peregrini in hac mortali vita diuino cultui insistere debent: qm̄ laus eius in ecclīa sanctorū. ait ꝓpheta. Sed nunq̄d abraham suā vxorem voluit sororē vocari sic debent peccatores. Nostra siquidē vxor caro nostra est cui de⁹ aīaȝ nostrā desponsauit. sed dum peregrinamur in egipto scilicet ī hoc mortali mūdo nostram carnem tanq̄ vxorem amare nō debemus sed potius amore quodā naturali ⁊ nō carnali īpaȝ diligere tenemur. qm̄ teste aplo roman. viij. Si spū carnis inquinamenta mortificaueritis viuetis. Sed quid est pharao nisi dyabolus qui nostram carnem subiugo tenere cupit ⁊ ad peccatum ducere intendit: si tn̄ vir id est spūs iustus fuerit sicut erat abraham tunc deus pharaonē scilicet dyabolum concutit: et ab eius seruitute animam eripit: qm̄ non vidi iustum derelictum: nec semen eiusque rens panem: teste propheta. Ex hisigitur patet qualiter sit peregrinandū nō in carne sed in spū non hic manēdo sed ad celestia cor erigēdo. Experimur ei ꝙ planta valde crescit si in terra aliena plātata fuerit: nec potest in propria terra scilicet vbi seminata est seu p̄mo plātata sic germinare sicut ī aliena terra. Ideo xp̄us dicebat. Nemo propheta in patria acceptus est. Ut igitur in virtutibus et gratijs proficiamus mundi huius caducitate spreta ad regnum celeste toto mētis affectu peregrinemur. Attendamus igitur quoniam peregrinus domuȝ quietem non habet: sed ad terminuȝ quietis tēdit q̄tum ambulat sēper meditatur: ⁊ cū hospite sem p rōnem proponit. sic enim cōgruit vt cuȝ deo sepe computemus nunc delicta f℥ tendo nūc beneficiorū impendēdo laudes: ⁊ graciaꝝ actiones ⁊ quātū ambulam⁹: scȝ q̄tū ꝓficimus sed q̄tū melioramur frequēter meditari debemus. Nā sicut narrat seneca li. iij. de ira. c. i. Philosoph⁹ q̄dā dict⁹ sextim⁹ oī die cōputabat sua merita atq̄ demerita. vt sciret de q̄to melior aut deterior esset. Plurimi tn̄ sine cōsideratione vie peregrinātur: q: sue vite qualitatē nō cōsiderāt. Alij vero tarde ābulātes terminū attingere nequeūt q̄a scȝ tp̄alib⁹ occupāt ⁊ ī via salutis ābulare negligūt: ⁊ si ambulare ī ceperint: videlȝ si bonū aliq̄d facere disposuerit cito fatigant cito attediāt. q: scȝ ipotētes vl̄ ꝓpt̄ nimiā iuuentutē scȝ ignorantiā. vel p nimiā senectutē scȝ peccatorū: aut ꝓpter nimiam corporis grauitatem scȝ diuitiarum facultatem. Inquiramus eniȝ cur angeli mouentes celos non fatigātur. Huius eniȝ ratio est: quia sunt immortales atq̄ pure spūales. Ut igitur ī bonis operib⁹ nō fatigemur nō carnī sed spūi subijciamur. Cōmemorem⁹ et̄ philosophi platonis pegrinationē. de q̄ fert̄ ī lib. q̄ dicit̄ suda ꝙ ad italiā profectus fuit vt pithagoricorum philosophorum doctrinam audiret. ⁊ de eodē narrat policratus libro quarto capit. quinto ꝙ in egyptum peregrinatus fuit: vt astrologie vacaret. ibiq̄ a pluribus creditur didicit oracula prophetarum. Exinde tamen in italiaȝ rediJt et pithagoreum tarentinum secutus est. quinīmo vsq̄ ad indos ⁊ medos ꝓfect⁹ fuisset nisi bella calesica ꝓhibuissēt. Insup de pithagora philosopho narrat poli. li. vij. ca. iiij. ꝙ ꝓ sciētijs acq̄rēdis ī plurib⁹ regionib⁹ ꝓfect⁹ ē. vn̄ ꝓ motib⁹ siderū recognoscendis iuit p̄mo in egiptū. deinde in babiloniā: et deinde regressus ad regiones cretarum et lacedemonuȝ vt minois et ligurgi leges inclitas percipere valeret. Ex quibus patet qualiter pro scientia etiam hu

mana acquirenda philosophi profecti sunt. Nunquid igitur magis decet pro celesti gloria adipiscenda peregrinari: xpo dicente mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei percipite regnum &c. In hoc ei mundo gloriari non debemus. nam vita presens transitoria est: et tanquam peregrinagium continuis subiacet motibus. Tanquam igitur peregrini hac vita viuere debemus nostram felicitatem in hac mortali vita non constituendo. Nam filij abrahe quadringentis annis peregrini fuerunt: et postmodum terram promissionis obtinuerunt. Quid est enim peregrinari spiritualiter nisi affectu abdicare quecunque terrena sunt et mente celestia desiderare. vnde ma. xvi. Qui vult venire post me abneget semetipsum. &c. Super quo verbo grego. li. vij. super euangelium omelia. xxi. Tunc inquit nosipsos abnegamus cum vitamus quod per vetustatem fuimus et ad hoc nitimur vt per merita renouemur. Et ponit exempla de oleribus que transponuntur: vt proficiant et eradicantur vt crescant: quasi dicat quod spiritualiter peregrinandum est: vt in meritis proficiamus. Tunc enim bene peregrinamur quando in nulla re terrena affectum ponimus. Multi tamen peregrinantur sed exinde non meliorantur: quia suum onus secum deportant. nunc enim experimur quod peregrinus oneratus nimis affligitur. Sic enim illi peregrini onerati sunt: qui per mundum discurrant ad suas tamen possessiones habent affectum et quocunque vadunt secum desiderium cupiditatis portant. ideo socrates cuidam interroganti cur sue peregrinationes non prodessent: respondit dicens. Cur inquit miraris peregrinationes tibi non prodesse: licet enim hinc inde transferatis. id tamen te opprimit quod te de patria expulit. Quid enim prodest terrarum nouitas aut fuga: quid iuuat si cum fugeris: onus tecum defers: quasi dicat quod paruum prodest pergrinari nisi a mundanis affectibus mens peregrini sit exonerata. Nec sufficit pauperem esse: sed nil cupere oportet: non prodest instabiliter per orbem progredi: sed pondus oportet excutere. Multi enim per mundum discurrunt aut quia locum non inueniunt in quo suorum vitiorum plenitudinem exercere possint: aut quia iactantiam de suis itineribus sperent. Nec tamen de peregrinatione corporali hoc tantum modo verum est sed etiam de spirituali: quia multi peregrinari scilicet in suis mentibus se proficere fingunt dant elemosinas alijsque munera largiter impendunt ecclesias edificant: quia tamen laudem vel commodum exinde sperant temporalem ideo secum onus deferunt et peregrinationis consumationem non attingunt. Talibus loquitur greg. omelia predicta. Uidimus inquit quosdam habitum non animum mutasse: ita vt religiosam vestem sumerent: et preterita vitia non calcarent: sed potius remanent cum ire stimul scilicet horrore militie et ad proximi lesionem feruescunt atque de bonis operibus ostensis superbire huiusque mundi lucra querere student: et de solo exteriori habitu sanctitatis fiduciam habere curant. Hi igitur cum suo onere pergunt et ideo de facili fatigantur: sed illi onus deponunt qui pronitates ad malum mortificant et euellunt quod faciebat dyogenes philosophus de quo dicitur in collationibus patrum quod cum quidam eum intuens diceret e iniurias: tunc discipuli eius in eum volebant irruere: sed dyogenes prohibuit dicens. Quiescite o sodales hic enim michi dixit: quoniam mei oculi corruptione pleni sunt. Reuera talis sum scilicet corruptus quantum ex natura est sed me contineo. Ex qua quidem responsione patet qualiter dyogenes ab omni libidine animum spoliabat et ideo virtutibus scientia tanquam peregrinus exornatus floruit.

Capitulum sextum quomodo senes debent esse venerabiles et virtuosi.


Senectus est etas venerabilis. ideo morib⁹ honestis ornari dʒ. vñ polic. li.iiij.ca.viij. narrat luciū dixisse q̄ senex tanq̄ medici inter homines cōmorari debēt. nūc cōsilia prebēdo nunc tristes cōsolādo. nūc dolētib⁹ cōpatiendo. vñ varro i suis sētē. Tā vero ridēda est i sene puerilitas q̄ stupēda i puero morū optimorū cōstātia. vñ sen. ad lucillū. epla.iiij. Hoc inqt pe usest si habem⁹ auctoritatem senum ꝛ vitia puerorū et epla.xiij Quid turpius q̄ senez viuere insipienter. ꝛ epla.xxxvij. Numera ānos tuos ꝛ pudebit eadē velle que volueras puer. Verūtñ sepius videmus senes vitijs inuolutos. vñ simachus in suo epistolari. Scio senes ad capescēdū labores senes fieri: sed eoꝝ vitia cū tēpore crescunt et marcialis cocus. Heu mei male computentur anni q̄ se quattuor tempora vitia v..ent. His itaq̄ verbis clare patescit turpe esse senes non morigeratos: i quib⁹ oīa vitia turpia sint illa tñ sunt fediora i quibus frequētius delirant: cuiusmodi sunt auaritia ꝛ luxuria. vnde seneca libro de morib⁹. Monstro similis est auaritia senilis. Quid enim stultius q̄ vita deficiente viaticum augere. Rursꝰ de luxuria senū tullius primo de officijs. Luxuria inqt cum omni etati sit turpis in senibus maxime fedissima est. et seneca libro ij. declamationū. Adolescēs luxuriosꝰ peccat senex luxuriosus insanit. ꝛ tibullus libro. i. senibus loquēs ait. Quid tibi nunc prodest mollescoluisse capillos. Et manib⁹ caueas figere velle comas et subdit. Tollere nunc cura est albos stipare capillos. Et facie dempta vellem conficere nouam. Itaq̄ stultorum quorūdam senum sollicitudo stulta est renouari ꝛ iuuenis apparere. sed teste oui. i. de fastis. Nequitia est que te nō siuit esse senē: qꝛ malicia quosdā senes sic excecat q̄ suā senectutē fateri recusant: et plus iuuenibus saltē affectu libidini vacāt. O vtinā senes delicta relinquerent ex quo ab eis deseruntur. Et si peccatis seruierint: sufficiat ipsis vt residuum ipis deo exhibeāt ꝛ quod natura respuit iudicium odio habeāt. Tulli. li. de senectute. O preclarū munus etatis senilis: auferi enī vitiū carnis auctoritatez prebet. vñ in senatu senū sentētia pricipatū tenebat plurlaq̄ senectus honorū stipēdia prebet. Dat enī loquēdi audaciā. vt refert vale. libro sexto capitulo secundo. Nam cum passellius iurisperitus multa loqueretur ad morū correctionem ab amicis redargutus est: qui respōdit. Duo sūt inquit que loquendo prebent licentiā scʒ senectus ꝛ orbitas. Nā senex cōsiderat q̄ parū est victurus ꝛ cecus mundi gloriam non timet perdere cum nec quod timere debeat videat. Rursus senectus vehementiā libedinis tollit. vñ fulgentius libro mitologiarum. Igniculis iuuētutis algescit i senio. Et si senes huiusmodi algorē in seipsis nō sentiant: hoc ideo est: quia in iuuentute libidini vacauerunt quaz exuere nō possunt. ideo seneca episto. xli. ad lucillū. Ante senectutez inquit curaui vt bene viuerez in illa vt bene morar. Nempe hi felices sunt quibus collatū est in bona viuere senectute. Plurimi tñ se putant infelices eo q̄ sint senes molesteq̄ ferunt senectutis anxietates que tamen sunt remedia peccatorum: sed in crimina ipsa commutant. vnde horatī in poetria. Multa senē circumueniūt incommoda: vel quia carere timet rebus: vel quia dolet iuuenū delectationibus vti non posse. O ifelicissima senectus que doles peccare non posse. Vides enim primā mortē ꝛ in spe sceleratissima lāguescis. Naʒ teste tul. libro de senectute. Nemo tā senex est q̄ se per annū viuere posse non putet. vñ in puer. sapien. dicitur. Heu q̄ multa

penitẽda incurrũt hoĩes viuendo diu. Quãobrẽ secundꝰ philosophꝰ de senectute loquens sic inqt. Quid est senectus est optatũ malũ mors viuẽtiũ icolumis langor mors spirãs. Sed dicũt senes ad plura vitia se procliuos quod si ita sit ideo est: q2 intẽperate viuũt: ⁊ frigidam senectutem cibis indigestibilibus onerant ⁊ exinde natura fastidita i mala plurima decidit. Quãobrez senex sobrietatẽ vitã regularẽ habet. vñ tul. li. de senectute loquens more senum ait. Atendũ est ei exercitationibꝰ modicis: ⁊ tm̃ cibi ac potus accipiẽdũ: vt vires reficiantur non opprimantur nam exercitatio ⁊ tẽperantia etiam in senectute vires conseruant. sed in tẽperati senes si fuerint feliciori occasione corpus dissoluunt. Attendant igitur senes suum finem ꝓpinquũ eis ⁊ ob hoc se corrigant. vt docet faciendu3 seneca de naturalibus questionibus. Nil eni3 peccata vitare melius suadet ꝙ vicinitatis mortis cõtemplatio. Queadmodu3 enim vir crescit in annis: ita debet in virtutibus crescere: et cũ beato paulo euacuare ea que sunt paruuli. pmo ad corinth. xiij. vñ seneca epistola. x. sic dicebat. Gratias ago senectuti mee: q2 quicquid nolle debeo hoc velle nõ possum. Senectus igitur non solum virtutes postulat: immo etia3 homini quasi in vite radicem virtutu3 scilicet humilitatem generat. vnde ambrosius i suo exameron libro primo de bona senectute loquens ait. Senectus in bonis moribus dulcior in consilijs vtilior ad cõstantia3 subeunde mortis paratior ad reprimẽdas libidines fortior. Sed moderna senectus [illegible] seducitur: quia nemo ꝙ̃ tuncũq3 fractus sit i viribus decrepiteq3 senectutis se putat breuit mo riturũ immo [illegible] ꝙ̃tuncũq3 senex adhuc putat p añũ victurũ: vt inquit hiero. in quada3 epistola. De tali igitur senectute loquitur hugo. lib. ij. de claustro anime dicens. Inter abusiones huius seculi hec sola maior est: senis obstinatio qui morti ꝓpinquus mortis nõ abhorret aduentũ: et que. quasi ad ostiu3 mũdi huius positus foris spectat: nec tamen vite presentis attendit egressu3 nec future considerat ingressum: audit nuntios mortis ⁊ credere non vult eis tres ei sũt nuntij mortis: casus ĩfirmitas senectꝰ. Caꝰ dubia nũciat: infirmitas grauia senectus autẽ certa. Casus nunciat mortẽ latentẽ infirmitas apparentẽ senectus presentẽ. Ex i certitudine mortis habetur timor ex grauitate infirmitatis dolor ex certitudine senectutis nõ obstinatio: sed afflictio ⁊ humilitas sequi valẽt. vñ. vale. li. viij. ca. xiij. Senes floruisse virtutibꝰ narrat. Nã de gorgia leontino recitat q̃ cũ centesimũ et septimũ ageret annũ interrogatus fuit cur tandiu viuere vellet: q̃ respondit. Nichil habeo ꝙ senectute3 meam accusam. Non enim gloriandũ est seni de senectute etatis: nisi assit senectus sapientie et virtutis: prout ait seneca epistola. xcv. quia non vt diu viuamus curandum: sed vt bene viuamꝰ optandum. Quid tamen sepius cõtingat experimur viros plures quãto seniores tanto de vita curiosiores. Attẽdamꝰ igitur ciprianũ libro de. xij. abusionibus sic dicentem. Quid inquit stolidius fieri potest ꝙ si senex ad alia3 vitam festinare contendat quando totu3 corpus ad interitum properat dũ oculi caligãt: aures surdescũt capilli defluunt facies palescit dẽtes ĩ numero minuũtur cutis arescit flatus tabescit pectus suffocatur tussis viget genua tremunt talos ⁊ pedes tumor inflat. His igitur omnibus senex aggrauatur stolidus si mẽtaliter senex fieri negligat. ⁊ subdit. Quid inquit super est: nisi q2 dũ vite huius defectus apparent cogitare congruit: quomodo vite future aditus comprehendatur.

Ca. vij. de sapientia senum.



Iri experientia et intellectu atque sapienta debēt florere. In hoc eni homo maxime deo similis est quando sapientia atque intellectu fulgescit. Dicit enim auicēna li. naturalium pte. v. q intellectus post. lxxx. annos roboratur. et tul. li. de senect. dicit q memoria industria atque ingeniū vigent in senib⁹ quod est intelligēdū de senib⁹ nō decrepitis. Studiosissime igit senes q̄re sapientiā debēt. vn̄ sene. epi. x. de seipō loquēs dicebat. Gratias ago senectuti eo q lectulo me affixit. et sequit. In libellis michi plurimis sermo est, ac si diceret q studiū sūme sibi placebat. vn̄ tul. li. de senectu. Arma inqt senectutis sūt artes et sciētie. exercitationesque virtutū qr nichil iucūdius senectute stipata studiis virtutū. Uigent inqt senes cosilio et auctoritate. Nēpe si sapientia veritatis amica est senibus autē veritatē discere licet. Senes igit sapientiā amare debēt Narrat eni vale. li. vi. ca. ii. q cū senex quidam interrogaretur quibus liberius cōueniebat veritatē dicere ipse autē respondit q senibus et pauperibus. naz senex videns q paruin victurus sit veritatem dicere non formidat. Paup aūt similiter nō timet: qr nō habet qd pdat. Dicit eni senec. epl'a. lxi. q nil aliud spectat senectus nisi ductum ad mortem. Quapropter idem epistola. xiiii. concludit. nil inquit turpius q̄ senex insipiens: qr scilicet mori minime formidat. Nec tamen molesta debet haberi senectus: quinimmo est etas iocundissima. Nunquid enim dulce est cupiditates fatigasse aut reliquisse. inqt sene. episto. xii. Numera ergo ānos tuos et pudebit eadē velle que volueras Moriāturante te vitia: inquit sene. episto. xxiii. Desine igit eadem velle senex que voluisti puer: opusque tuū sit malis imponere finez. inquit senec. epl'a. lxii. Quid enim stultius q̄ via deficiēte augere cibum viaticu'm inq'it sene. li. de moribus. et subdit. Honestior est inquit qui ad senectutem quietem reculit q̄ q in ocio inuenit. et tūc laborare incipiat vnde chato. Fac tibi succurrant iuuenis que feceris ipse. Quamobrē sene. li. de naturalibus questionibus circa finem sic inquit. Ex quo igitur non restat seni spes de vita: et impossibile est sibi diuturna dilatio mortis. Restat igitur vt studeat bene mori cum sanctis patribus et vt bene moriatur nil vtilius q̄ si bene viuat. vn̄ ecclesiasti. xxv. Que in iuuetute tua non congregasti quomodo inuenis i senectute tua? qua si dicat nūq̄. quapropter deutronomii tricesimotertio dicitur. Sicut enim dies iuuentutis tue sic et senectus tua. et ecclesia. xxv. q̄ speciosa inquit veterana sapientia: et sequitur. Corona senū multa sapiantia. Tradit enim seneca. epistola. lxxxix. q senes non solum docere: quinimmo et discere debēt. Et cōcludit q nulli etati magis q̄ senectuti discere conuenit. Ubi enim maior corporis egritudo vbique nauis magis egra ibi rector sapientior exigitur. Senes enim vt dicitur li. saturnaliū. Fragiliores atque ad infirmitates procliuiores sunt ceteris etatibus. Maiori igr indigent sapientia regi. Rursus q̄a necesse est pricipem sapientem esse. sapiētia autem in se maxima est: decet igit senes pricipari. vn̄ plato i thimeo dicit q non decet rem antiquam a post genitis regi. Quapropter ligurgus rex in suis legibus ordinauit iuuenes senioribus debere famulari. vt tradit pompeius cuius ratio colligi potest ex. xxviii. capitulis libri secundi rethoricoꝝ aristotelis vbi aristoteles multiplici laude senes cōmēdat dicēs q in senibus ē cōtinētia. qr frigidi sūt: nec excessib⁹ infestātur. Sūt insup misericordes: qr humanam fragilitatez ratione senectutis maxime experiūtur. Faciliter eni miserent qui et molestias in proprio corpe

gerit. Item in suis eloquiis non sūt pertinaces. Nam quia seipsos aliosq̄ deceptos viderūt. ideo cum ambiguitate quicquid dicunt asserunt: quod faciendum achademici philosophi tradiderunt vt ponit pollicratus. lib. v. ca. iij. Si igitur libido regna cōsumpsit: si curiositas salomonem depressit: deturpauit. impietasq̄ neronem si ptinacia cū manicheis arrianos concussit: non igitur iuuenes debent principari. vnde ꝓpheta super senes intellexi: quia mandata tua quesiui.

¶ Capitulum octauum de iuuenibus et eorum statu.




Iuuenes talem vitam ducere ī posterū petūt qualem ducere in exordio ceperunt ipsi igitur maxime expedit moribus itendere bonis. et virtutes adipisci. bonis vsibus et disciplinis. Unde seneca lib. de moribus dicit educatio et disciplina mores facit ⁊ id sapit quisq̄: quod didicit. Unde quintilianus. lib. i. parentes alios corrigit: qui suos filios non instruunt. Utinam inquit liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infātiam enī statī delicijs soluimus. mollisq̄ educatio quā indulgētiā vocam⁹ mētis ⁊ corporis vires frāgit. Itē quinti. li. ij. ingenia iquit puerorū nimia emēdationis seueritate deficiūt. quia sicut ex defectu correctionis neq̄ fiūt. sic ex nimia seueritate obstināt̄ur ⁊ desperāt et dum omnia timent: nichil conantur. Modeste igitur erudiendi sunt. Nā teste oui. de arte amādi in puero est etas mollis ⁊ apta regi. ingeniū celeste suis velotius annis surgit. Et idem oui. in ep̄lis. Et tenere soledunt iuga prima iuuencos. Frenaq̄ vix patitur de grege captus equus. Sic male virq̄ subit p̄mos mores rude pei⁹: q2 de difficili doctrinam suscipiū t homines rudes ⁊ annosi. Ideo cōgruit ietate puerili docerī. Unde horatius in ep̄lis. Quo semel est imbuta recens seruabit odorē. Testa diu. tractari mollius etas ībecillis solet. quib⁹ verbis apte cōcludit etatē iuuenilē disciplinis aptissimā fore. Sȝ prochdolor teste seneca ī declamationib⁹. li. i. torpēt ingenia desidiose iuuētutis. nec labore regulāt̄ur cātādi saltandi ꝙ obscena studia effeminatos tenēt. capillū frāgere: ⁊ ad muliebres blādicias voces extenuāt mollicie corporis cū feminis certare ⁊ imūdissimis reb⁹ se excolere nostrorū adolescētiū mos ē molles enerues q̄ nati vitio manēt: expugnatores sūt aliene pudicitie: negligētes q̄ sue. Huiusmodi sūt ēt hui⁹ tēporis iuuenes frequēt̄ talib⁹q̄ sordidāt̄ in quib⁹ null⁹ est pudor sed iuerecunde turpitudines suas faciūt. Uerūtn̄ teste seneca ad lucilum epistola. v. verecundia bonū in adolescēte signū est. Sȝ vn̄ tāta dissolutio iuuenū ꝓcedit. Parētū nāq̄ atq̄ rectorū suorum exempla turpia impios faciunt illos. Porro enim difficile est iuuenem immodestum ⁊ iniquuum esse: si cum bonis ⁊ honestis nutriatur viris. Unde tullius. ij. de offi. Prima iquit adolescentis commendatio proficiscitur a modestia ⁊ disciplina parētum suorū et de facili in bonū deflectitur: si cum bonis ⁊ honestis assiduus fuerit. Ueruntamen ipi adolescentes bonos viros vt communiter fugiunt q2 redargui recusāt: sed eos qui regere habebāt verberib⁹ aut minis domare seipsos tenēt̄ur dū tn̄ mod⁹ ī omnib⁹ teneat̄. virgili. in. iij. geor. Iā vitulos hortare viāq̄ insiste domādi. Duȝ faciles animi iuuenū ⁊ dū mobilis etas tunc enī maxime sunt dociles qn̄ sunt tenere etatis. Sȝ libido ⁊ lasciuia ipos infestat ⁊ quam deberent deo exhibere iuuentutem veneri isuā perditionē offerunt iuxta illud oui. ij. de fastis. Cuȝ iuuenilibus annis luxuriantur. ⁊ idem ouidius primo sine titulo. Militat omnis amans et habet sua castra cupido.

Que bello est habilis veneri q̄ꝫ cõuenit etas. ꝛ clau. in minori. Teneris est lubrica moribꝰ etas. O vtinā iuuenes aiaduerterēt suā ꝑditionē luxuriā fore qua totus homo destituitur: ꝛ si libidini quis iuuenis hereat turpi vita pollutaq; in famishet. Sed reuera teste sene. in troade. Juuenile vitiū est regere non posse impetuꝫ. hoc enim ideo dicitur vitium iuuenile. quia carnis īpetibus vt plurimum solent iuuenes obtēperare. Si eniꝫ iuuenis es. si anxiaris carnis molestia: aut mores si ignoras consilia prudentum quere: cuꝫ quibus versare vt dirigaris. vnde sidonius in suo epistolari libro tercio. Plurimum inquit laudis est si iuuenes moribus se applicant: et quotiens de negotiorum meritis ambigunt ad peritorum consilia recurrunt. Hoc tamen facere negligunt: sed in spe vite diuturne desides fiūt: et sue pulchritudinis occasione abusas q̄ plurimos peragunt. Sciant tamen quoniam eoruꝫ pulchritudo vanitas est. vñ secūdus philosophꝰ. Quid est pulchritudo flos marcidus carnalis felicitas humana concupiscentia. ꝛ seneca in ypolito. Res est forma fugax idem epistola. lxxx. ad lucillum. Cogito inquit mecum q̄ imbeciles sunt. ij. quorum lacertos humerosq; miramur et petronius. Raram facit mixturā cū sapiētia forma: qꝛ scilicet pulchritudo nichil facit ad sapientiaꝫ Ideo fertur aristote. dixisse q̄ si linceis oculis homines vterentur vt melius viderent ꝛ corpus penetrarēt. tūc circunspectis visceribus etiam pulcherrimum corpus turpissimum videtur. ideo boetius. iij de consolatione. Te iquit pulcherrimi videri non natura tua sed spectantiuꝫ oculorum facit infirmitas. Cur igitur iuuenes in sua pulchritudine gloriantur. cum inde superbi fiunt: quia nō ipsi pulchri: sed eorum pellis forsitan venusta est. vnde ouidius. xij. methamor. Forma bonum fragile est quecunq; accidit ad annos. Fit minor ꝛ spacio carpitur ipsa suo. Nec viole semper nec lilia candida florēt idē. iij. tristiū. Ista decens facies longis viciabit̄ ānis: rugaq; in antiqua fronte senilis erit. Cū q̄ aliquis decet fuit hic formosa dolebis. Et speculū mēdax esse querere tuuꝫ. vñ scalphuriꝰ ī bucolicis. Nō hic sēper eris perdūt ꝛ gramina flores. Perdit spina rosas nec semper lilia candēt donum forma breue est. Quibus attentis de sua pulchritudine superbire sapiens non habet. Nec iuuenes in suo decore aut vigore gloriari debent et in vite diuturnitate sperare non debent. vnde tullius lib. de senectute. Frustra igitur sperat vl' promittit adolescēs se diu victurum. Quid enim stultius q̄ ī certa pro certis habere? Facilius eniꝫ in morbos adolescentes incidunt grauius egrotant tristius curātur: ꝛ ī hoc melioris conditionis est senex: quia qđ sperat adolescens ipse senex iam consecutus est. Ille enim vult diu viuere sed iste diu vixit. Absit igitur vt quis iuuenis glorietur in his muneribus que caduca sunt: sed viuat cum timore dei. prudentesq; imitetur parentibus obediat: et ī bonis moribus viuere assuescat in quibus perseuerare honestū ē. Naꝫ iuuenes cum senuerint eam volunt ducere vitam quam in iuuētute cōsueuerunt. Ipsis igitur congruit a primeua etate capere eos mores quos in posterum tenere ipsis libeat. vnde ecclesiastici vndecimo. Letare iuuenis in adolescentia tua: et in bonis sit cor tuuꝫ in diebus iuuentutis tue. Nam in his delectari est nobis naturale: in quibus ab infania delectari incepimus: vt patet quinto ethicoruꝫ. Ideo ecclesiasti. xxv. dicitur. Que in iuuētute tua indē non congregasti: quasi dicat q̄ non inuenies. Ideo sapiens prouerbio. quinto dicebat. Ne des alienis tuum honorem. et annos tuos ne des crudeli ne forte impleantur extranei viribꝰ tuis.

Cuius cōtrarium plures faciunt iuue nes qui tantū suis dn̄is temporalibus famulari studēt ꝛ ꝓpriā salutē deserūt ꝛ suis obsequijs dn̄os impinguāt: suāq̧ aīam dānāt. Juuenes igitur mores ac quirāt: quibꝰ insistere in senectute desi derāt: qui ꝛ si sani sunt bene operētur. nec ad diē extremū differāt. vn̄ greg. in suo pastorali. li. ij. ca. xliij. Amouēdi sūt īquit incolumes: vt salutē corporis ex erceāt ad salutē mētis: ne accepte inco lumitatis gratiā ad abusū iclinēt: ne e: tiā deteriores fiāt: aut ne oportunitatē salutis ꝓmerēde despiciūt. Nempe si pctīs nulla debet̄ pena adhuc plurima vitia ꝓter corpis sanitatē sūt vitanda. vn̄ sene. epl'a. xcix. Multos inquit mor bos multa fercula ferunt: et medicina quōdā paucarū herbarū sciētia fuit: sʒ postmodū mille inuēte sūt cōditure: vt auiditas castrimargie exercitari pos: set. Nā desiderātibus alimēta egritu: dines cōtigūt nūc pallor: nūc neruorūʒ vino madētiū tremor: nūc oculoꝝ: nūc aurium enormitas ꝛ inūerabilia fetoꝝ onera crapula gignit: qm̄ propter cra: pulam multi obierunt et qui abstinēs est adijciet vitam.

Ca. ix. quomodo cōiuges de bent conuiuere in amicitia.



